

FRANCISCI PHILELFI

Ad magnanimū & illustrissimū principem **Philippum**
Mariā Anglum indyctum **Mediolanenliū** ducem: **Fran-**
cisci Philelfi in traduccionē **Apophthegmatū** **Plutarchi**
Cheronensis ad **Traianum Cæsarem** **Præfatio**.

Plutarchus

1

Traian⁹ cæsar

Apophthe-
gmata

Dicteria

Ecce tanti mihi nuper **Græca** quædam princeps opti-
 me nonnulla **Plutarchi Cheronēsis** uolumina perdo-
 cti & imprimis sapiētis uiri: cum de moribus lucubra-
 ta grauissime: tum de alijs plarīq; permagnis ac præ-
 claris rebus ornatissime elegantissimeq; perscripta ad
 manus incidūt: **Quæ** dum singula incredibili quadam cupiditate
 pcurro: ille haud quaq; intēpestiue se liber offert: q de **Apophthe-**
 gmatis ad **Traianū cæsare** inscript⁹ est. **Hūc** accurat⁹ etiā atq; etiā
 cum mecū ipse cōsidero: res sane digna uisa est: quæ & a **Plutarcho**
 illustri eruditissimōq; philosopho emanaret: & **Traiano** ipsi dedica-
 retur. **Fuit** em̄ **Traianus** eiusmodi profecto & uir & imperator: qui
 cū omī antiquitate ita de uniuersā uirtutis laude cōtenderet: ut ni-
 hil ad dec⁹ ei: nihil ad gloriā defuerit. **Nam** sapiētia quæ una: tum
 animi magnitudinē: tum iusticiā ipsam complexa est: quæq; huma-
 nos casus omīs infra se habet: ita diuin⁹ ille princeps uiguit: ita ex-
 celluit: ita mortales reliquos longissime anteciuuit: ut quicquid age-
 ret cōtinuo ex omī parte perfecte ageret. **Quare** cū intelligeret uim
 dicendi eā rē esse: q̄ ceteris animātibus maxime præstaremus: hāc
 uahemēter sectatus est & coluit plurimū. **Viros** prudētia & oratio-
 ne insignis quoscūq; uel apud nostros uel apud **Græcos** offendis-
 set: & honoribus persecutus est omēs: & familiaritate sibi cōsuetu-
 dineq; deuinxit. **Non** em̄ erat ignarus: & q̄ esset uirtutis primū: &
 optimorū principū nomē per eloquētissimos uiros sempiternū fie-
 ri. **Cum** ergo apud **Traianū** cōiunctissime **Plutarchus** uiueret: mu-
 nus pergratum illi & perutile ceteris se factur⁹ existimauit: si quæ
 magna cura & industria collegisset **Apophthegmata** ei⁹ nomini de-
 dicasset. **Apophthegmata** uero ipsa quæ plarīq; nostri dicteria: nō
 nulli dicta nominarūt: sunt breues orationes argutiorē sensum ali-
 quē facitiorēq; continētes. **Sum** his quidē mirifice delectat⁹: non
 mō q̄ dicacitates libez dignas hoīe suauissimosq; sales præ se fer-
 rent: uer⁹ etiā qm̄ mirabilē quandā & uberē ac uariā grauitatē sen-
 tentiæ: ad oēm orationē augendā atq; exornandā adhibitura por-
 recturaq; uidebant. **Nihil** est em̄: ut ita dixerim: humanis in actio-
 nib⁹ uasre: callide: pudice: continēter: generose: cōstanter: benigne:
 liberaliter: innocēter: integre: amice: nihil deniq; magnifice: nihil fa-

IN APOPHTHEGMATA PRAEFATIO

pieter: nihil cū uirtute & laude dictū factūue qd nō inde exemplū uenari queat. **Q**uantū uero & decoris & dignitatis ad oēm & orationē & uitae cultū asferre soleat exemploꝝ uis: nō est dicēdi locus: praesertim cū patet id quidē & in promptu ē oībus. **P**lacuit igit̃ praestantissime princeps: cū ociosus essem: huiusmodi **A**pophthegmata in latinū uertere: idq; nō modo ut prodessem nostris: sed eo etiā libētius q̃ te tibi ostēdere: id est ut mea lucubrationē intelligeres: quā psape ipse dicēdo amplecter̃: ista apud pbatissimos & clarissimos uiros quosq; probatissima semp laudatissimaq; extitisse. **A**ffirmat̃ em̃ qb⁹ frui licuit aditu ac sermōe tuo: ea te singulis ppe dictis sentētiarū & crebritate & pōdere & comitate uti: q̃ pra ceteris hoīb⁹ **L**ycurgus curgus ille **L**acedamonijq; oēs aptissime usi perhibent̃. **T**u uero regib⁹ ipsi plane munificētior imitaberis hoc loci si uidebit̃ **P**ersarū reges. **M**os em̃ fuerat: q̃ uel in hāc usq; seruauit aetate: ut q̃ adire p re q̃piā reges istituissent: ea deferrēt ad illos dona quā offerētū obseruatā atq; pietatē declaratura iudicassent. **A**t illi eo pacto q̃ offerebāt suscipiebāt: ut nō auari: nō cupidi odrysiq; more p̃cipū: sed **O**drisiij humani: sed bñfici: sed iure optimo regia & maiestate & splendore praediti censerent̃. **N**ā longe maiora q̃ acceperant munera illustrioraq; referēbāt. **I**taq; cū hoc sil⁹ qcqd ē munusculi: obtuli animū tibi meū. **S**i quid mihi fuisset maius: id etiā q̃libentissime obtulissem. **T**u aut̃ nolim argentū mihi: nolim auri quicq; referas. **N**ā ut es excelso atq; inuictō aīo: q̃ hāc oīa despicias: & pro nihilo putes: cum antea sapenūmero: tū nuperrime his maximis & potētissimis regibus ac ducib⁹ liberādis uel amplificādis pot⁹ nō obscure declarasti: quos memorabili illa inauditaq; uictoria maritimi unius ac ter restris praelij **C**aietani captiuos habueras. **Q**uid igit̃ pro mea erga te fide a me poscit̃: **M**aius quiddā medius fidius multoq; praclarus: ut a quo aīo feras: te ipsum amē: te colā: te admittet. **I**d si feceris: nihil prorsus mea sentētia ad splēdidissimā tuā i me muuificētia cum ulū accesserit. **I**nterim **A**pophthegmata ipsa cū per ingētis ac fere infinitas occupationes tuas molesq; licuerit cognoscere: ubi prospicue inuenies: cū apud **G**raecos & **B**arbaros: tū etiā apud nostros: quicqd in oīni probitatis ac praestantiae genere aut fieri aut dici aut cogitari memoria dignū quauerit. **E**go si te his delectari aiad uertero: propediē alia subnectā.

Finit **P**raefatio.

Francisci **P**hilelfi **A**pophthegmatū **P**lutarchi **C**heronēsis: ad **T**raianū **C**æsarē e græco in latinū traductio: **F**œliciter **I**ncipit.

PLVTARCHI CHERONENSIS

Plutarchi Cheronensis in Apophthegmata ad Traianū
Cæsarem Præfatio.

Artaxerxes
rex persarū
Traian⁹ cæsar

QUVM Artaxerxi Persarū regi **O** maxime impator Cæsar
Traiane obequitati olim obuiā fact⁹ oparius quispiā ac
rudis hō: cui aliud nihil esset: aquā utraq; manu e pximo
haustā fluie obtulisset: iucū d⁹ ille surridēsq; suscepit: qꝫ
pe q nō rei quæ dabat uel iopia uꝫ usu: sed alacri dātis uolūtate gra
tiā metiret. Existimabat etiā eū q benigne parua prompteq; accipe
ret: nō regali min⁹ humanoq; fungi munere qꝫ si magna elargiret.
Lycurgus At Lycurg⁹ tenuissima Sparta sacrificia statuit: q ex præsitib⁹ reb⁹
uenerari deos imortal⁹ expedite facileq; possent. Quia ipse qꝫ duc⁹
sentētia: tenuia tibi dona hospitaliaq; munuscula cꝫ qꝫ philoso
phia primitias offero hisce cōmētarijs. Quæ si quā ad morē disci
plinā aut ad cognitiōē imperitātis p rōne electiōis: quæ dicēdo
magis q agēdo patet: si quā in qꝫ affinitatē hnt una cū offerētis affe
ctiōe: suscipe atq; utere. **E**q uita qꝫ illoꝝ facta sit ac dicta historia
hæc cōplectit: q siue duces siue legūlatores siue impatores: cū apud
Romanos: tū apud Græcos maxime claruerūt. Atq; res gestæ fortu
nā plarq; admixtā hnt: sed quæ inē obeūda negocia: quæ i aduer
sis: quæ secūdis i reb⁹ dicta: rīsa: negata affirmataq; sē: ueluti qbus
dā in speculis pspicue cuiusq; oñdūt mentē. Proinde Syranes ille
Perses admiratib⁹ qbusdā cur fieret: ut prudētib⁹ ei⁹ uerbis res ne
qua qꝫ rīderet. Verboꝝ inqt in sese ius esse: at rez i fortuna & rege.
Nempe illic res quæ dictis uiroꝝ cōsonāt: ut libētē ediscant: facile
præstāt. Hic aut uel sola ipsa uerba quæ ueluti quædā uita morēq;
indicia atq; seminaria collegim⁹: haud intēpestiua tibi molestaq; fo
re cenfeo: siquidē p multos uiros q memoratu digni extitissent: bre
ui inspexeris.

Finit Præfatio.

Plutarchi Cheronensis Apophthegmata ad Traianum
Cæsarem Feliciter incipiunt.

**De Apophthegmatibus eorum qui apud Græcos ma
xime claruerunt.**

Persæ
Cyrus rex

PERSÆ amāt hoies adunco naso: qm̄ Cyr⁹ hac potissimū
forma reges esse delectaret. Aiebat em̄ Cyrus eos qui si
bi bona nollēt: cogi ut alijs parerēt atq; expedirēt. Qd qꝫ
neminē deceret imperare: q subditis nō esset melior. Cū

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

uero & mōtuosa Persarū regio asperaq; esset: uellētq; p̄p̄ea campo
 strē ac mollē capere: ne id qdē est passus: inquit & plantarū semina
 & hoīm mores atq; ingenia regionū quoq; similitudinē trahere.

Darius **X**erxis pater: cū de suis laudib⁹ prādicaret: aiebat & in
 d̄pralijs sese & piculosis aduersisq; in reb⁹ prudētiorē fieri. **I**dē **X**erxes rex
 cū tributa subditis impasset: puīciarū prāfectos accersit: & an
 tributa grauiā essent interrogauit. **Q**uib⁹ r̄ndētib⁹ ea mediocri⁹ ha
 bere: iussit dimidiū qsq; solueret. **C**ū autē puniā malū qdā & id q/
 dē magnū aperuisset: quārētī cuidā quid nā tm habere uellet: q̄ta
 esset granorū multitudo. **Z**opyros sese uelle r̄ndit. **E**rat autē **Z**opy/
 rus uir: tum p̄obus: tū amicus. **Q**ui ubi sese ipse cecidisset narēq; &
 aures obruncasset: & ita creditus **B**abylonius fefellisset ac **D**ario
 tradidisset urbē: s̄ape dicebat **D**arius: lōge **Z**opyrū malle integrū
 q̄ centū capere **B**abylonas.

Semiramis qd sibi sepulchrū construxerat: inscripsit litteris:
Quicūq; rex pecunijs indiguerit: patefacto monumēto q̄tuo,
 luerit accipito. **I**taq; **D**ari⁹ sublato lapide pecuniarū: nihil inuenit:
 sed alias reperit litteras: quā hāc dicerēt: **N**i malus uir essēs ac nū/
 mis insatiabilis: cadauerū loculos nō moueres.

Xerxes **D**arij fili⁹ **A**rimeni fratri q ex agro **B**actriano de regni
 successiōe secū decertatur⁹ descēderat: dona misit iussitq; dese/
 rētib⁹: illi dicerēt: hisce te ī prāsētia honorat **X**erxes frater. **A**t si rex
 designat⁹ fuerit: eris oīm apud se maxim⁹. **C**ū uero declaratus rex
 esset: & eū **A**rimenes cōtinuo adorauit ac diadema imposuit: & **A**ri/
 meni **X**erxes secū dū dignitatis gradū post se dedit. **B**abylonijs autē
 qm̄ defecissent: iratus potitusq; uictoria imperauit: arma ne ferrēt:
 sed psallerēt: tibia uterent: scorta alerēt: cauponice indulgerēt: ac si/
 nuosis tunicis induerent. **V**analib⁹ autē caric⁹ quā portarent ex **A**t/
 tica aiebat futuri: ne pri⁹ uescerēt: q̄ q illas ferret solo potit⁹ foret.

Idē q̄s ī castris speculatores grācos deprehēdisset: nullo supplicio
 affecit: qn ubi iussisset ut audacter induerēt exercitū libere dimisit.

Artaxerxes **X**erxis fili⁹: cognomēto **L**ōgimanus: qm̄ manū al/
 terā haberet longiorē: aiebat bñficiū addere lōge magis rega/
 le esse q̄ auferre. **P**rim⁹ autē iussit q & possent & uellēt uenatores ia/
 ctu initio uterent. **P**rimus etiā hys suppliciū statuit: qui circa imperij
 disciplinā deliquissent: ut p cadēdo corpe exuti uestibus caderent
 depositaq; tiara uellerentur. **S**atibarçane autem cubiculario iniu/
 sti quiddā ab eo petente: ubi non obscure didicisset triginta milib⁹
 daricis ab illo id fieri quāstori impauit: totidē daricos ad se porta/
 ret: q̄s illi tradēs: **A**ccipe inq̄t **S**atibarçane. **H**os em̄ cū tibi dedero

PLVTARCHI CHERONENSIS

pauperior certe futur⁹ nō sū: at si tibi quā petieras fecero: iniustior.
Cyrus **C**yrus iunior cū Lacedamonios ut secū societate facerēt hortare: dicebat cor sibi lōge graui⁹ esse q̄ fratri quodq; & plus meri q̄ ille biberet: & meli⁹ ferret: & ut ille uix in uenatioib⁹ equis insteret: at difficiliorib⁹ in reb⁹ ne in solio quidē. Hortabat⁹ aut̄ uiros ad se mitterēt: monēs ac pollicēs peditib⁹ equos se datu⁹: equitib⁹ uero bigas: uicos aut̄ quib⁹ pradia essent: at eos q; uicos possiderēt factu⁹ se urbiū dños: argēti ꝑ o & auri nō numer⁹ sed pōd⁹ ijs fore.

Artaxerxes **A**rtaxerxes hui⁹ frater cognomēto memor: nō adeūtib⁹ mō sed obsequentē benignūq; prastabat: uergetiā legitimā uxori iusserat: regij curi⁹ aulea undiq; tolleret: q̄ indigētib⁹ in itinere adiutus pateret. Paupere aut̄ hoīe malū ingētis magnitudinis ei offerēte iucūde suscepit: ꝑ solē inquiēs hic is mihi uidet⁹: quē urbē q; ex ꝑua magnā reddere posse existimē. Cum uero aliqñ fugiēs cōmeatu impedimētisq; direptis: siccis ficis uesceret ac pane ordeaceo: cuius modi inquit uoluptatis rudis eram.

Parysatis **P**arysatis filia **Cyri** & **Artaxerxis** mater: iuebat: qui rex apꝑarate quippiā & imperio se dicturus esset: uerbis graui⁹simis **Artaxerxes** atq; ornatissimis uteretur.

Orontes **O**rontes regis **Artaxerxis** gener: cū ob irā in ignominia excidisset: cōtemptuiq; esset: inq̄: quēadmodū cōputato⁹: digiti nūc decies millenarios numeros: nūc unarios quēut ponere: eodem q; modo regū amicos posse qñq; totū qñq; minimū.

Memnon **M**emnon qui cōtra **Alexandrū** pro rege **Dario** bellum gereret: **Darius** nquendā qui sub se merens multa de **Alexandro** maledice pꝑulante⁹ loqueret⁹: ubi lancea percussisset: Ego te inquit alo ut pugnes: nō ut maledicas **Alexandro**.

Reges ægyptiorum **E**gyptio⁹ reges ꝑ sui ipsoq; lege adiurabāt iudices: ne qd ꝑer iniuriā aliqñ iudicaret: si reges id etiā ipsi imperassent.

Polys rex **P**olys rex **Thracū** cū in **Troiano** bello: & a **Troianis** eū & ab **Helena** ꝑ **Acheis** legati simul adiissent: iussit ut **Helenā** redderēt duasq; a se pulchras muleres **Alexander** acciperet.

Teres **T**eres **Sitalci** pater dicere cōsueuit cū ociosus esset neq; rei militari operā daret: nihilo se sua sentētia agafonib⁹ prastare.

Sitalcus **C**otys **C**otys pardā largiēti: leonē ipse cōtra largitus est. Cūq; natura excādesceret & in eos q; in ministerijs deliquissent aīaduerneret graui⁹: ubi ab pegrino uasa fictilia deportata foret: & cū & fragilia & tenuia: tū etiā apte atq; magnifice laborata: calata: tornataq; politissime: peregrino qdē illi dedit dona: at uasa cōsfregit oīa: ne ꝑ irā ut ait: amarius illos plecteret qui ea cōsfregissent.

APOPTHEGMATA AD TRAIANVM

Idathyrus rex Scytharū aduersus quem traiecisset Darius: Idathyrus rex
suasit Ionum tyrannis: ut soluto Istri iugo effugerēt: ac sese in Darius
libertatem uendicarēt. Quod cum ob suam in Dariū fidem facere
noluissent: mancipia frugi māsueta minimeq; fugitiua appellabat.

Ateas ad Philippum scribens ait: Tu quidē Macedonibus im- Ateas rex
peritas hominibus ijs qui bellandi peritiā didicerūt: ego autē Philipp⁹ rex
Scythis qui aduersus famē & sitim pugnare possunt. Idem cum Scythæ
equū pēteret Philippi legatos interrogauit: num hoc Philipp⁹ fa-
ceret: Ismenīā uero quem captiuū egerat tibicinē optimū tibia uti
iussit: admirātibus autē reliquis: iurauit equestrem himnitū auditu
sibi iucundiorē esse.

Scylurus cū relictis maribus filijs octoginta diem esset obitu- Scylurus
rus: hastiliū fascem cuiq; obtendens ut illum cōfringerēt iube-
bat. Id autē singulis se posse negātibus: ipse singillatim educta hasti-
lia omīa facile cōfregit: Ita docēs illos ubi una esse perseuerarēt: fir-
mos ac potētis fore: imbecillos autē si separarent ac dissiderēt.

Selo tyrannus quo tempore Carthaginēses ad Imerā debella- Selo
uit: pacem cum ijs acturus coegit: foederibus inscriberēt fore: Carthaginen/
ut etiam filij a prastandis Saturno sacrificijs quiescerēt. Educebat ses
præterea Syracusanos persæpe: perinde atq; ad militiæ plantatio- Imera
nisq; munus: quo & ager melior cultu redderet: & ne ipsi per ociū Saturnus
deteriores fierēt: idem cum ob petitas pecunias ciues tumultuarē Syracusani
tur: eo se pacto petere pecunias dixit ut eas restitueret: quas etiam
post bellum restituit. Cum uero in cōuiuio lyra circumferret: tem- Lyra
perātibus deinceps & cōtinentib⁹ reliquis: ipse equū adduci iussit
quem leuiter facileq; insiluit.

Hiero post Gelonē tyrannus eorū: neminē qui liberius eum licē. Hiero tyrān⁹
tiusq; adirēt intempestiuū dicebat esse. Qui autē secretum uer. Gelon
bum occultūq; efferrent: iniuria afficere etiam illos existimabat ad
quos efferret. Odimus eīm nō efferētis modo: uerū etiam audietis
quæ noluimus. Obiurgatus autē a quodam q; sibi os foereret: suæ
id uxori crimini dabat: utpote quæ nihil unq; hac de re dixisset. At
illa ait: Existimabā eīm uiros omīs ita olere. Xenophanē uero Colo Xenophanes
phonio dicētātū uix se alere duos seruos respōdit: At Homerus cui Homerus
tu detrahis: pluris q; decē milia uel mortuus alit. Epicharmū autē Epicharmus
Comicū quoniā uxore eius præsente lasciuie aliquid locutus esset:
affectit multa.

Dionysius senior cum sorte concionatores pro litterarū ordine Dionysius se/
traherentur: ubi. d. littera sorti ipsi obueneret: ad eum qui di- nior
xisset: delyras Dionysi: dominabimur ergo rñdit. Atq; ubi cōcionē

PLVTARCHI CHERONENSIS

Syracusani habuisset: cōtinuo a Syracusanis prator designatus est. Sed postea q̄ in tyrannidis initio obsideret: insurgentib⁹ aduersus eū ciuib⁹ amici cōsulebant: ni uellet superat⁹ captusq̄ mortē dare: magistrat⁹

Bos tū imperiūq̄ deponeret. At ille bouē a coquo iugulatū cōfestimq̄

Coquus prolapsus intuens: deinde nō iniucundum ac triste est inquit nos metu mortis quæ adeo breuis est: tantū ac tale imperiū deferere?

Idem cū filiū cui principatū erat relict⁹: accepisset ingenui uiri cō iugē uitiasse: illū iracūde interrogauit: si quid huiusmodi a se perpetrātū nosset.

Adolescente autē respondēte: Tu em̄ nō habuisti patrē tyrannū: Nec tu inquit habebis filiū: ni hæc perpetrare desieris. Itē

cum ad eū ingressus uidisset ingentē poculoꝝ aureoꝝ argēteoꝝq̄ multitudinē: exclamās inquit: tyrann⁹ in te nō est qui a tanta poculoꝝ

quæ a me accipis copia amicū tibi neminē compararis. **Pecunias** autē a Syracusanis exigēs atq̄ illos deinde intūēs queri precari ac dicere pecuniæ sibi adesse nihil ut alias soluerēt iussit: & id bis

terue effecit. Sed ubi pluris imperasset: & eos ridere ac in foro circū uentis cauillari audisset ut quiescerēt iussit: nūc em̄ nihil habēt q̄n

quidē nos despiciūt. **Matri** uero quæ ætate cōfecta esset uelletq̄ tū nubere: ait ciuitatis legib⁹ uim posse afferri: naturæ autē haud posse.

Atq̄ cū reliq̄s fontes atq̄ malefactores grauissimis supplicijs plesteret: uestiū furib⁹ cognoscebat quo Syracusani cœnis atq̄ ebrietatib⁹ quib⁹ inuicē utebantē abstinerēt. Item cū peregrin⁹ quidā diceret se illi priuatim elocutur⁹: quo pacto insidiātis prænosceret ut

Dionysius

eloqueret iussit. Cū uero is Dionysiū adisset dixissetq̄: Da mihi talentū q̄ insidiantīū signa audisse uideare: dedit id quidē ea audisse

simulās: & ita hoīs doctrina admirabat. Item interroganti an esset ociosus: nunq̄ mihi hoc inquit accadat. At cū accepisset duos adolēscētes multa de se suaq̄ tyrānide petulāter malediceq̄ locutos:

inē potādū utrūq̄ ad cœnā inuitauit. Quorū cū alter ebriose mīstra cōtumeliosq̄ delyrātē: alter raro moderate asseruātēq̄ bibentē intueret: illū quidē dimisit: utpote qui natura esset contumeliosus

& ob ebrietatē maledixisset: hunc autē e medio sustulit: quippe q̄ de dita opa ut & maliuolus & hostis idē ppetrasset. **Accusantib⁹** uero q̄busdā hoīem a se honorari & ad dignitatē puehi: q̄ & improb⁹ foret & molest⁹ ciuib⁹.

At uolo inqt eū esse quē magis q̄ me oderint.

Corinthioꝝ legati

Atq̄ ubi Corinthioꝝ legati munera quæ ijs dederat nō acciperēt ppter legē quæ legatos nō sineret a principe munera capere: grauē eos rē facere inqt qui q̄ nō solū boni tyrānides haberēt tollerēt do

cerētq̄ etiam beneficiū tyranni formidandū esse. Cum etiā apud se increbuisse cuidā ex ciuib⁹ aux domi defossum esse: iussit ad se de

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

ferret. **S**ed ubi uir ille parua quadam surrepta particula in aliā urbem transmigrasset atq; prædiū emissit: eo accersito ut omne id auri reciperet: iussit: quo in opera uteretur neq; amplius quod utile esset inutile faceret.

At iunior **Dionysius** dicebat multos alere sophistas: non q; illos admiraretur: sed quoniā per illos admirationi esse uellet. **Polyxeno** autē dialectico affirmante eum se uerbis reprobatur: **At** ego inq; reb⁹ te reprobō: q;ppe q; tuis relictis me meaq; obseruas. **Eiectus** autē ex tyrannide cū interrogaret: quid tibi **Plato** ac **philosophia** profuit: respondit: ut æquo animo facileq; ferrē huiusmodi fortunæ mutabilitatē. **Interrogatus** quoq; quo nā modo factū sit ut cū eius pater & pauper & priuatus **Syracusanos** in suā ditionem uendicasset: ipse & tyrann⁹ & tyranni fili⁹ amiserit. **At** pater inquit cum popularis dominatus odio esset: res inuasit: ego uero cum tyrannis in inuidia esset. **Verū** cum ab alio idem rogaret: **Pater** inq; suam mihi tyrannida reliquit: nō fortunā.

Agathocles figuli fuit fili⁹: q; **Siciliæ** dominatū adeptus rexq; appellat^r: fictilia pocula cōsueuit inter aurea ponere: eaq; iuniorib⁹ ostendēs dicere: **Ego** cū huiusmodi aurea pocula cōsuefsem in præsentia qd diligētia ac fortitudini studuerim hæc facio. **Insuper** cū urbē obsideret: & quidā e moenib⁹ per conuiuiū dicerēt: **O** figure quo pacto stipendiū solues: māsueti is atq; surridēs ait: cū hanc urbē cōperō. **Cum** autē uirib⁹ in suā egisset ditionē: captiuos uenū dabat inquit: **Si** cōuitio me rursus affeceritis querar apud dños uestros. **Ithacelsijs** uero ei⁹ nautas accusantib⁹ q; in sulā adorti pecora aliqua abstulissent. **At** uester rex inquit cū ad nos isset: nō modo pecore ablato ueq; excacato pastore abiit.

Non q; **Dionysiu** exegit ex tyrannide: cū **Calippū** cui oīm uni & hospitū & amicorū maxime fideret: insidias sibi tendere accepisset: eū arguere passus nō est: **Mori** inquit lōge præstare q; uiuere: ubi nō hostes solū sed etiā amicos cauere oportuerit.

Archelaus cum in potu familiaris petulantior quidam aureū **Scyphum** ab eo peteret: illum ut **Euripidi** traderet: iussit puerō. **Admirante** autē homine: **Tu** em inquit qui petas: at hic qui accipiat dignus est uel non petens. **Cum** autem a loquaciore tonsore interrogaretur: quo nam modo te tondeo: tacens inquit. **Item** cum **Euripides** pulchrū **Agathonem** iam pubescentem in conuiuio cōplecteret atq; suauia ret: ad amicos conuersus ait: **Nulla** uos admiratio capiat: pulchrorū em etiam autumn⁹ pulcher est. **Præterea** cū **Timotheus** citharedus qm pauciora accepisset q; sperarat: palā eū

PLVTARCHI CHERONENSIS

accusaret: & hanc aliquādo particulam cōcinnens: **A**t tu terræ filiū
 argentū laudas: in illum sententiā detorqueret: cōcinne in eum re/
Archelaus torfit **Archelaus**: **T**u aut flagitas. **E**t cum quidā aqua eum insper/
 sisset: irritatus aduersus hominē ab amicis: **A**t nō me insperfit inq̃t
 sed illū quē esse existimauit.

Philipp⁹ rex **P**hilippum **A**lexandri patrē **T**heophrastus tradit: nō solū ge/
Alexander nere & dignitate regia: sed etiam forma & moribus maiorem
Theophrast⁹ cāteris regibus moderationeq̃ extitisse. **I**s **A**theniēses beatos esse
Atheniēses prādicabat: quippe qui singulis annis decem cum imperio prāto/
 res quos deligerēt inuenirēt: cum ipse in multis annis unū solū im/
 peratorem inuenerit **P**armenionē. **I**nsuper cum multā res ex sentē
Fortuna tia clarissimeq̃ gestā uno die ei nunciarenē. **O** fortuna inquit: pax
 aliquid mihi mali pro tantis talibusq̃ bonis facito. **I**dem cum post
Græci deuictos **G**racos nōnulli cōsulerent: prāsidijs urbes continere: re/
 spōdit malle frugi se longū tempus q̃ herum breue appellari. **A**tq̃
 amicis iubentibus ut malēdicum & cōuitiatorē quendā expelleret:
Smicythus id factū se negauit: ne inter pluris circūiens malediceret. **E**t **S**mi/
Nicanor cytho **N**icanora in simulante q̃ assidue **P**hilippū maledictis lacera/
Philippus ret: amicisq̃ suadētib⁹ accerēdū illum ac plecendū esse: uerum
Nicanor inquit: nō est **M**acedonum nequissimus: **I**taq̃ cōsideran/
 dū est ne quid aduersus nos agat. **A**tq̃ ubi nouit **N**icanora inopia
 uāhemēter affligi: & a se neglectum: imperauit largitionis quiddā
 ei dari. **R**ursusq̃ cū **S**micys diceret mirificas de eo apud oīs lau/
 des **N**icanora indefesse prādicare: **V**idetisne inquit: in nobis esse &
Atheniēses uituperari & laudari: **A**theniensū uero factionū ducibus gratias
Conuitiū habere se dicebat: q̃ suis cōuitijs meliorē ipsū facerēt: cū uerbis: tū
 etiā morib⁹: **E**nitōr em̃ eos & uerbis sīp̃ & rebus mendaciū arguere.
At cum **A**theniensēs quotquot ad **C**hæroniā captos gratis dimi/
Macedones sisset suos amictus strataq̃ reposcerēt: ob idq̃ **M**acedonas accusa/
Philipp⁹ rex rent: furrīdens **P**hilippus inquit: **N**ōne uestra sentētia **A**theniensēs
Clauicula putant in talor̃ se ludo a nobis uictos: **C**um autē ei bellanti clauī/
Medicus cula fracta esset: & medicus qui eum curabat: quotidie prorsus ali/
Amphoterus quid peteret: **E**t sume inquit quot uolueris nō clauem habes. **P**ra/
Craterus terea cum duos fratres **A**mphoterū & **C**raterū intueret: & **C**rater⁹
 quidē tum acutū: tum strenuū: **A**mphoterū uero hebetē ac stultū:
 dicere solitus ē: **C**raterū **A**mphoterū esse. **A**mphoterus aut utrūq̃
 significat: ad **A**mphoterū esse neutrū. **E**os aut qui cōsulebāt ama/
 rius esse utendū **A**theniēsi b⁹: insanire dicebat: qui hominē qui ad
 gloriā om̃ia agēdo patiēdoq̃ referret: gloriā theatrū iuberēt abij/
 cere. **C**unq̃ duos improbos flagitiososq̃ iudicaret: sententiā tulit

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

ut alter e Macedonia fugeret: alter ut illū insequeretur. Et cum in bo Macedonia
no agro castra foret positurus: audiretq; illic pabulū iumentis nō
esse: Cuiusmodi inquit nostra est uita: si ad asinorū cōmodum no/
bis uiuēdū est: At cum munitissimū castellum quoddā capere uel/
let: ubi exploratores retulissent q̄d difficillimū esse & nullo modo ca Exploratores
pi posse: rogauit: an ita esset difficile quone asinus quidē auro onu Alinus
stus quireret accedere: Atqui cū Laschenis Olynthij milites que/
rerentur molestissimeq; ferrent: quod a Philippi militibus prodito Philipp⁹ rex
res per cōtumeliam uocarenē: Ineptos inquit Macedonas natura Proditores
esse & agrestis: qui scapham etiā scapham dicerēt. Filium uero ad Scapha
monebat Macedonib⁹ blande atq; gratiose utendum se praeſtaret: Macedones
quo sibi multitudinis uires compararet: donec alio rege humanū
esse licebat. Consulebat quoq; ut qui in ciuitatibus uirib⁹ praesta/
ret: & bonos uiros amicos sibi cōparet & malos: deinde alteris uste Philo
retur: alteris abutere. Idem Philoni Thebano & benefico & hospi Thebæ
ti per id temporis quo Thebis debebat obses: cū nullū a se postea
munus uellet accipere ait: Noli me quaeso hac priuare praestantia
uincendi siquidē beneficio gratiaq; superas. Multos aut quos bel/
lo coeperat: eos uenundans sublata impeditaq; tunica sedebat ne/
quaq; decore. Itaq; unus ex ijs qui uenundabant clamauit: Igno/
sce mihi Philippe: Nam a patre amicitia mihi tecū est. Interrogāte
aut Philippo: unde homo amic⁹ es & quomodo: ait propius acce/
dens tibi eloquar. Ut aut propius factus est: parūper inferius chla/
myda demitte: ita em ineptus sedes. At Philippus: istum ait dimit/
te: nam qui uero beniuolus atq; amicus esset latebat me. Praterea Philippus
cum ab hospite quodam ad coenā inuitatus: multos quos obuios
habuisset adduceret: uideretq; hospitē turbatū: non em sufficiebāt
quæ parata erāt: singulis amicis cōmonefactis: ut placet locū re/
linqueret: iubebat. Ii uero ita esse putātes expectātesq; comedebāt
haud multū: atq; omibus hoc pacto satis fuit. Hipparchi aut Eu/
boici mortē nō obscure moleste tulit. Dicēte aut quodam: attamē Hipparchus
tempestiue ille ac mature mortu⁹ ē: Sibi quidē respōdit: mihi qui/
dem celeriter: Prius em diem obiit q̄ a me dignam amicitia nostra
gratiam receperit. Rursus cum accepisset Alexandrum queri: ac ei Alexander
crimini dare q; filios ex pluribus susciperet mulieribus: proinde in/
quit quandoquidē multos habes regni æmulos: dato operam ut
& honestus & probus fias: quo non mea sed tua gratia regnū adi/
piscaris. Eundemq; iubebat ut & Aristotelem obseruaret philoso/
phiaq; studeret: ne qd multa huiusmodi agas quæ egisset me poe Aristoteles
nitet. Cum item ex Antipatri amicis quēdam iudicū numero ascri/
Antipater

PLVTARCHI CHERONENSIS

- plisset: posteaq; & barbam sibi & capillū inficere certo sensisset: ho-
minē remouit: inquit: qui in pilis fidus nō foret: cū non esse dignū
Machetas existimandū qui fidē in rebus seruaret. **Macheta** uero cuiusdā cau-
sam iudicans qm̄ esset somnolētus: minus accurate q̄ iuris foret at
tendebat: proinde aduersus eum sententiā tulit. Illo aut̄ reclamāte
prouocare se iudiciū: iratus **Philipp⁹**: ad quē inquit: & **Machetas**:
ad teipsum rex subdidit: si uigilās quidē attendensq; audieris. **Sur-**
rexit tunc **Philippus**: ubi uero magis ad se redisset nossētq; iniuria
Machetā affectum: iudicium quidē nō rescidit ac aestimationē litis
Harpalus ipse persoluit. Item cū **Harpalus** rogaret: ut **Crateta** gentile ac fami-
liarē suū qui esset iniuriarū accusatus iudicio liberaret: ne in conui-
tio foret: ac nihilo tñ minus multā solueret: melius est inquit hūc
ipsum q̄ nos hui⁹ causa in infamia esse. Ad hāc grauiter amicis &
Peloponneses inique ferentibus: **Peloponneses** bñficijs affectos in **Olympijs** ad-
uersus eum insusurrare atq; obstrepere turpiter: Quid igit inquit
si male afficiant: **At** cū plusculū temporis militiā somno indulsis-
Antipater set: deinde ubi surrexit: tuto inquit dormiebā: **Antipater** em̄ uigila-
Graci bat. Rursus cum interdiu is dormiret: & **graci** qui ad fores cōuene-
Parmenio rant grauiter id ferrent atq; incusarēt: **Parmenio** ne admiremini ait
Philippus si nunc **Philippus** dormit: nam cum uos dormiretis hic uigilabat.
Psaltēs Cum uero **Psaltēs** quendā uellet inter cōuandū emendare: ac de
pulsādis chordis disserere: ait **Psaltēs**: Sup̄ id abs te mali rex auer-
tant: ut hāc q̄ ego melius ipse teneas. **At** cum per id temporis quo
Olympias in **Olympiada** uxore & in **Alexandrū** filiū erat iratus: **Demarath⁹**
Demarathus **Corinthius** ad se uenisset: quāsiuit quo pacto inuicē **Graci** habe-
rent. **Demarathus** aut̄ ualde profecto inquit: **Gracorum** concordia
tibi curā est: qm̄ quidē necessarij atq; propinquissimi affecti adeo in
te sunt. Quod cū ille considerasset: deposuit irā & eis reconciliatus
est. **Anus** uero paupercula cum rogaret: ut suam causam iudicaret:
Philipp⁹ rex essetq; saepe importunior. **Philippus** ait ociosum se non esse. Tunc
anus uociferans inquit: ac regē te noli. Ille aut̄ uerbum admiratus:
nō illā modo sed alias quoq; cōtinuo audiuit.
Alexander **A** **Alexander** adhuc puer: ijs quæ prospere **Philipp⁹** multa ac prae-
clare gereret: minime letabatur: sed ad sodales cōuersus pueros
dicebat: ac mihi pater nihil relinquet. Rñdētibus aut̄ pueris: Ille ti-
bi hāc comparat. Verū quid prodest inquit: si multa sint nobis cū
Olympiaci agamus nihil. Idem cum & leuitate corporis & pedum uelocitate
Iudi plurimū ualeret: hortat⁹ a prē ut in olympiacis ludis stadīū curre-
Stadium ret: ait: facerē id quidē si cum regib⁹ certamē mihi futurū. In multā
Puella uero noctem cum ad eum puella quo quiesceret: adducta foret: in-

APOPHTHEGMA TA AD TRAIANVM

terrogauit quid tam fero. **I**lla autem respondente: expectaui enim quoad uir cubaret: grauius in seruos animaduertit: quoniam quam- **Serui**
tum in illis fuerat adulterium fere perpetrasset. **A**tqui cum dijs im- **Adulterium**
mortalibus largius odores sacrificaret: **L**eonides paedagogus quo- **Leonides**
praesente persaepe thus arripet: sic ait: **H**eus tu puer large odores of- **Epistola**
feres cum regionis thurifere potiere. **E**ius igitur potius ad illum epi- **Thus**
stolam dedit: **M**isi ad te thuris & casiae talenta: ne quae minima sunt **Cassia**
maximi facias in diuinis rebus: utpote qui non sis nescius non pig- **Talenta**
mentiferi potitos soli. **I**tem cum **G**ranici praelium pugnaturus esset: **Macedones**
Macedonas hortabatur: affatim coenarent: ac omnia in medium fer- **Perillus**
rent: perinde ut ex hostium rebus postridie coenaturi. **I**nsuper cum **Talenta. i.**
ex amicorum numero **P**erillus quidam dotem filiarum gratia pe-
teret: talenta ut quinquaginta acciperet iussit. **E**o autem dicente: de-
cem satis esse: tibi dixit accipere quidē satis ē: at mihi dare nequaquam
satis. **Q**uaestori autē cum iussisset ut **A**naxarcho philosopho quan- **Quaestor**
tum peteret daret: quaestorque dixisset: talenta centū cum petere: pul- **Anaxarchus**
chre inquit facit. **N**ouit enim & amicum se habere: & eum quidem **Philosophus**
amicum: qui talia elargiri & possit & uelit. **A**t cum **M**ileti multas **Miletum**
athletarum statuas qui in **O**lympiacis **P**hytysque ludis uictoriae co- **Athletae**
rona donati essent: intueretur: forsitan huiusmodi corpora tunc ait
extiterunt quando **B**arbari urbē uestrā obsidebant. **E**t cum **A**da re- **Barbari**
gina **C**arum obsonia atque crustulas per artifices & coquos paratas **Ada regina**
magnifice ad eum semper mittere delectaretur: inquit: melioris si-
bi esse obsonatores ad prandium quidem nocturnum iter: ad coe-
nam uero prandij paucitatem. **O**mnibus autē ad pugnam instru-
ctis cum praetores militum interrogassent: num ad haec aliud quic-
quam iubes: **N**ihil respondit: nisi ut barbae **M**acedonum radantur.
Parmonione uero admirante: an ignoras inquit captum in praelio
nullū esse quam barbae meliorem? **A**tque cum a **D**ario ei talentum per- **Parmenio**
multa milia darent: & ut **A**siam ex aequo diuideret: diceretque **P**ar- **Darius**
menio: equidem accipere si **A**lexander essem. **E**t ego quoque per **I**o- **Asia**
uem inquit si **P**armenio essem. **D**ario autem respondit: neque terram **Alexander**
duos soles: neque **A**siam reges duos tolerare. **E**t cum ad **A**rbelas ad **Iupiter**
uersus decies centena hominum milia de summa rerum acie dimi- **Asia**
caturus foret: eum amici adire qui milites accusarent: quod intra
tabernacula sermones haberent ac paciscerentur: ut nihil omnino
spoliorum in regiam relaturi forent: sed sibis ipsis comparaturi. **A**t
ille subridens: bona inquit nunciatis omnia: **A**udio enim ipsi uiris
uincendi non fugiendi consultationes esse: ac permulti milites eum
ad euntes: **R**ex aiebant: fide: neque hostium multitudinem pertime-

PLVTARCHI CHERONENSIS

- Pedor** sce: ipsum enim pedorem nostrum non perferrent. **In**strueto autē exercitu cum militem quendam intueretur qui iaculum amenta/ret ex acie: ut inutilem expulit: quippe qui tunc instrueretur cum
- Epistola** iam armis utendum esset. **Epistola** uero quæ a matre ad eum da/
- Antipater** ta: secretas accusatiōes in **Antipatrū** atq; calumnias cōtineret: dū una cū **Eue**stione uti consueuerat: lectitaret: illū non amouit: sed cū legisset: sui quem eduxerat anulū illius ori gemmā apposuit. **I**dem
- Hammon** in **Hammonis** templo cum **Iouis** filius a propheta esset appellatus: **H**aud inquit mihi: omniū em̄ **Iupiter** natura pater est: suos autē eos efficit qui optimi sunt. **S**agittæ autē ictu in crure uulneratus: ut eorū multi cōcurrissent qui eum appellare deū consueissent: lata hilariq; facie: hic quidē sanguis ē ait ut uidetis & cruor: **C**alicolæ qualē di/
- Calicolæ** ui misere flentē. **Q**uibusdā uero **Antipatri** parsimoniā tenuitatēq; **Antipater** laudātibus: utpote qui dure austereq; degeret: **E**xtrinssecus inquit **Antipater** albis est uulgaribusq; uestibus: intrinssecus uero purpureis prorsus. **P**er hyemē uero ac frigus cum apud amicū epulare: essetq; & focus paruus & parū ignis allatum: ut uel ligna uel thus ingereret iussit. **A**tq; cum **Antipatrides** formosam psaltriam dixisset ad coenā: facie in eius amorē **A**lexander cōmotus: **Antipatrides** den rogauit: nūquid mulieris amore teneret. **I**d autē illo cōfidente: **O** scelestē ait: nō abduces cōtinuo e conuiuio mulierē. **I**tem **P**ytho na: quem **E**uius tibi cōamabat: cum ui **C**assander suauitate uellet: **C**assander idq; ægre ferentē **E**uium intueret **A**lexander: iracunde in **C**assandru exiliuit uociferās: **E**rgo nec quēq; p uos amari licet. **C**ū eos autē **Macedonas** q aduersa ualitudine laborarēt: q; manci debiles in/utilesq; essent ad mare dimitteret: qdā ostēsus ē q se se inē agrotos scripserat: cū is tñ nequaq; agrotaret. **I**s igit ubi corā adductus ac diligenter examinatus: cōfessus est eo se id causā inuenisse: quoniā amore **T**elelippæ: quæ ad mare abiret: uāhemēter cruciaret: quæ/
- Telelippa** siuit **A**lexander: qui cū de **T**elelippa sermo habēdus esset: **V**erū ubi didicit eam esse liberā: proinde ait: **O** **Antigenes** suadeamus **T**ele/
- Alexander** sippæ nobiscū ut maneat: nā liberā mulieri uim afferre nostrū nō est. **Q**uos autē **G**ræcos apud hostes merentes captiuos egerat: **A**the nienfes quidē in pedicis custodiri iussit: qm̄ qui alimentū ex publi/
- Thessali** co haberēt stipendijs militarēt. **T**hessalos uero q agrū quem optimū possiderēt haud colerent. **A**t **T**hebanos dimisit inquit: qm̄ so/
- Ludi** lis hisce neq; urbs neq; ager per nos reliquus est. **Q**ui autē inter ludos optime arcu uti uideret: dicere q; p anulū sagittā emittere: eū cū haberet captiuū: ut id ostēderet iussit. **Q**uod cū ille nollet: iratus **A**lexander hominē imperauit interemi. **I**lle uero cum ageretur: ubi

ad eos a quibus agebat conuersus diceret: multos se dies ei rei non
 studuisse: proptereaque ne aberraret timuisset: id postea quod **Alexander**
 audisset & miratum esse: & muneribus donatum hominem liberaſſe
 quoniam occisum iri se quod indignum gloria uideri maluisset. **Inſu-**
 per cum **Taxilles** quidam rex unus **Indorum** obuiam factus inuita-
 ret **Alexandrum**: ne praelium secum uellet neque bellum: quin potius
 siquidem minor esset ut sibi beneficium patereſ: sin ipse praeſtaret ut benefa-
 ceret: respondit: **At** ob hoc ipsum pugnandum est: uter beneficium ui-
 ctor euaserit. **At** qui cum de saxo **Indorum** illo accepisset: quod perinde **Indi**
 quasi auius inaccessibile sit aornum appellat: ut locus quidem diffi-
 cillimus captus esset: at qui illum teneret meticulosus: nunc inquit lo-
 cus iste facillime captus est. **Praeterea** ubi alius cui saxum esset: quod mi-
 nime capi posse uideret: se cum saxo simul ac uiribus **Alexandro** de- **Alexander**
 didit: eum regnare iussit ac solum addidit: inquit: **Sapere** mihi ui-
 des homo hic qui probo uiro se potius quam tuto loco munitoque credi-
 derit. **Post** illius uero saxi captiuitatem cum amici dicerent: **Hercule** ab **Hercules**
 eo rebus gestis superatum: at ego inquit meas res gestas simul cum im-
 perio ne uno quidem uerbo cum **Herculis** rebus conferendas puto.
Quosdam uero ex amicis quos in alea ludo haud uti ioco didice-
 rat multauit. **Inter** primarios autem optimosque amicos **Craterus** unum **Craterus**
 omnium maxime honorabat: **Amabat** autem **Ephestionem**. **Nam** **Craterus** **Ephestio**
 ait regis amator est: **Ephestio** uero **Alexandri** studiosus. **Xenocrates** **Alexander** rex
 crati uero philosopho quinquaginta talenta cum misisset: atque is ea **Xenocrates**
 non accepisset: quod sibi ipsius opus non esse diceret: rogauit an ne ami-
 cum quidem **Xenocrates** haberet: **Nam** mihi inquit uix **Darij** diui **Darius** rex
 tiae in amicos suffecerunt. **At** cum **Porus** ab eo post pugnam interroga-
 tus: quo te pacto utar: **Regaliter** respondiſſet. **Interrogatus**que iterum:
 nunquid praeterea aliud: omnia in ipso regaliter inesse dixisset: **Admi-**
 ratus **Alexander** ei uiri tum grauitatem: tum etiam probitatem plus soli ad
 id quod antea habuisset addidit. **Certior** autem factus se a quodam con-
 uitio affici: **Regale** inquit est enim qui beneficium sit uituperari. **Ad** postre-
 mum cum diem obiret: ad amicos aspiciens ait: **Magnam** mei funeris
 laudationem fore intueor.

Demades orator posteaque ex hac luce **Alexander** emigrasset: aie- **Demades**
 bat se uidere **Macedonum** exercitum: quoniam princeps esset or- **Alexander**
 barus: excacato **Cyclopi** persimile. **Cyclopi**

Ptolemaeus **Lagi** filius frequentissime apud amicos & coenauit **Ptolemaeus**
 bat & dormiebat. **Quod** si aliquando coenam praebereſ rebus il- **Lagus**
 los utebat. **Accersebat** enim scyphos: strata ac menses: praeter necessa-
 ria possidebat nihil: quin alios locupletes efficere regale magis esse

PLVTARCHI CHERONENSIS

dicebat q̄ locupletari.

- Antigonus** **A**ntigonus exigendis pecunijs erat acriter intentus. **Quodam**
- Alexander** **A**lexander vero dicēte: **At** Alexander talis nō erat. **Probe** inquit. **Ille** em̄
- Asia** **A**siā metebat **A**siā: ego aut culmos lego. **At** cum milites quosdā esset intutus q̄ thoracib⁹ & galeis pilā luderēt: gauisus est: eorūq̄ duces accersiuit q̄s laudaret. **Vt** aut audiuit eos bibere: illoḡ ducatus militib⁹ dedit. **Idē** admiratib⁹ cunctis q̄ posteaq̄ senectutē attigisset: humaniter atq̄ mansuete rebus uteretur: **Antea** em̄ inquit potētia mihi opus erat: sed nunc & gloria & beniulētia. **Philippo** aut filio multis præsenti- bus percunctanti: qm̄ castra mouebim⁹? **Quid** inq̄ times: nunquid ne solus tubā audias? **Festināte** uero adolescēte ca pere domū apud uiduā mulierē: quā tris uenustas haberet filias: cū quendā hospitalibus muneribus inuitasset: inquit: **Non** educes filiū meū ab angustijs. **Atq̄** posteaq̄ longā agrotationē euasisset: conualesceretq̄: nihil ait deteri⁹ accidat. **Hac** em̄ aduersa ualitudo nos monuit uāhemētī nobis efferdū nō esse: qm̄ mortales sum⁹.
- Hermodorus** **Cūq̄** ab **Hermodoro** solis fili⁹ in poematis esset scrip⁹: in his me cum ait: ollifer iste mihi nequaq̄ sentit. **Dicente** autē quodam: omnia regibus & honesta & iusta esse: **Ita** per **Iouē** inquit: regibus **Barbarorum**: nobis aut ea dumtaxat honesta sunt quā honesta: & ea solum iusta quā iusta sunt. **Marsia** uero fratri cum aliquando esset cōtrouersia: rogaretq̄ ut eiusce rei iudicium domi fieret. **At** fiet inquit in foro uel cunctis audiētibus: si nihil per iniusticiam agimus. **Idem** cum per hyemē aliquando coegisset castra in illos mouere locos: ubi rerum necessariarū penuria erat: & aliqui e militum numero in eum maledicerēt: ij quidē nescij q̄ prope esset: tabernaculo uirga patefacto: stabitis inquit: ni longi⁹ remoti maledictis in nos ute mini. **Item** cum **Aristodemus** amicus quidam qui patre coquo natus esset: ei consuleret ut & sumptus & largitiōes tolleret: uerba tua
- Atheniēses** **A**ristodeme: respondit: ius olent. **Insper** cum **Atheniēses** eius seruum honoris gratia ciuitati perinde ac liberum ascripsissent: nolle
- Anaximenes** ait: unum **Atheniēsem** a me cadi. **Et** adolescēs quidam **Anaximenes** rhetoris discipulus: cum orationē quam apparate meditat⁹ fuerat recitasset: atq̄ is ea in re qd̄ discere uellet tuti⁹ aliquid interrogasset: conticuissetq̄ adolescēs: quid ais inquit hic: ne illa sunt quā in tabulis scripta sunt? **Rhetora** uero alterum audiens: qui diceret: ubi anni tempus niuē iacere ceppisset: efficit: ut pabulo careret scilicet
- Thrasyllus** ubi anni tempus niuē iacere ceppisset: efficit: ut pabulo careret scilicet
- Thrasillo** aut **Cynico** mini- lum: nō inquit defines me obtundere. **Thrasillo** aut **Cynico** mini- mum ab eo petēte: at hoc inquit dare regis non est. **Subdente** autē
- Demetrius** illo: ergo da mihi talentū: at nō est inquit hoc accipere **Cynici**. **De**

APOPHTHEGMA TA AD TRAIANVM

metrium uero filium: cum ad liberandos Græcos magna cum classe Græci uiribusq; mitteret: aiebat gloriam tanq; a græciæ specula in uniuersum orbem suam lucem emittere. Item cum Antagoras poeta con Antagonus grum elyxaret: idēq; patellam quateret: Antigonus qui post eum Agamemnona staret: Homerum ne ait putas Antagora: cum Agamemnonis res gestas scriberet: cōgrum elyxasset: Et Antagoras: tu aut rex ait: existimas Agamēnona cum illas res gereret: curiosum adeo extitisse: si quis in castris congrū elyxaret: Cum aut per somnū uidisset auream messē Mithrydaten emetere: eius interimēdi consilium cō Mithridates pit: idq; Demetrio filio elocutus ut taceret iureiurādo astrinxit. De Demetrius metrius uero Mithrydate assumpto unaq; deambulans iuxta mare hasta calcaneo descripsit in littore: Fuge Mithrydate. Qued cū ille intellexisset: in pontū fugit ibiq; regnauit.

Demetrius cum Rhodios obsideret: cœpit quodam in suburbio Demetrius Protogenis pictoris tabulam qui Laſylon pinxerat: id est Rhodij imaginem Liberi patris. Postulantibus autem per caduceatorem Protogenes Rhodijs: & ut tabulæ parceret precantibus: respondit paternas se Caduceatores imagines potius q; picturam illam absumpturum. Idem ubi fœdera cum Rhodijs percussisset: tormētum apud eos reliquit: rem profecto quæ cum eius magnificentia: tum illorum fortitudinis indicium atq; monumentum allatura foret. Post Atheniensium uero Athenienses defectionem cum urbem cœpisset: quæ rei frumētaria inopia iam male præmeretur: cōtinuo concione conuocata frumētum eis elargitus est. Qui cum hisce de rebus in concione loqueretur: barbaræ quiddam pronunciauit: Quare cum unus e censessu ut uerbum dicendum foret interclamasset: Ergo huius quoq; emēdationis causa: alia uobis præterea quinq; milia medimnū elargior.

 qui si super hanc turrim ascenderit: non se si iussero præcipitem ia-
 ciat. **C**um uero & agro potitus est: posteaq; traiecisset atq; hostium
 castra concremasset: missaq; legatione **C**arthaginenses pepigissent
 iētis fœderibus: tum bælluas: tum nauis: tum etiam pecunias da-
 tum ire: & quoniam ex **I**talia ad nauigasset **A**nnibal ea fiducia du-
 ctos conuentorum pœniteret: his auditis **S**cipio ait: ne illis qui-
 dem uolentibus fœdera seruaturum sese: ni talentum etiam quin-
 q; milia ad ea priora soluerint: propterea quod **A**nnibalem ac-
 cerisissent. **A**t ubi omnino uicti **C**arthaginenses pro fœderibus ac
 pace legatos ad eum misissent: qui uenerant ilico abire iussit: per-
 inde ac non eos auditurus q̄ **L. Terentium** adduxissent. **E**rat au-
 tem **R**omanus **T**erentius: uir frugi & bonus: quem **C**arthaginēses **L. Terentius**
 captiuum egerant. **Q**ui ubi adductus est: eum iuxta se in prætorio

PLVTARCHI CHERONENSIS

federe pro tribunali uoluit: & ita **C**arthaginēſibus reſponſum de-
dit ac bellum ſoluit. **T**erentius autem eum triumphantem ſecutus
eſt pilleatus tanq̃ donatus libertate. **A**tq̃ poſt eius mortē ijs qui
uenerant ad efferendū funus muſum miniſtrauit: quæq̃ alia ad
ſepulturā attinebant q̃ diligentiffime curauit. **S**ed hæc poſtea. **Rur-**
Antiochus ſum cum **Antiochus** poſtea q̃ **R**omani aduerſus eum traieciſſent
Scipio in **A**ſiam pro ſoluendo bello ad **Scipionem** miſiſſet: prius inquit
oportuit non nunc cum & frenum & ſeſſorem ſuſceperis. **P**ræterea
Quæſtores cū ei pecuniæ a ſenatu ex ærario decretæ eſſent: neq̃ eo die quæſto-
res ærarium uellent aperire: ſe aperturū ait. **E**t enim per ſe clauſum
eſſe qui tam ingenti pecunia illud impleſſet. **A**t cum multa in eum
Petilius crimina a **Petilio** & **Q**uinto conſicerentur: apud populum ait hoc
Quintus ipſo die **C**arthaginēſes cum **Annibale** a ſe uictos: quare coronatū
Capitolū ſeſe aſcenſurū capitolū. **Q**ui autē uellet ſuffragia: ferret aduerſus ſe
iuſſit: quæ locutus capitolū aſcendit: populus uero ſecut⁹ eſt accu-
ſatorib⁹ adhuc dicētib⁹ relictis.

Titus **Q**uinti⁹ **U**titus **Q**uinti⁹ ita ſtatim ab initio fuit illuſtri fama ut ante tri-
bunatum: ante præturam: ante ædilitatem conſul designatus
Philippus ſit. **I**s cum aduerſus **Philippum** cum imperio miſſus eſſet: cum illo
in colloquium uenire auſus eſt. **P**hilippo autem obſides petente: il-
lum enim eſſe cum multis **R**omanis: ſe uero ſolum eſſe **M**acedonib⁹
bus. **T**u enim reſpondit **Q**uintius: ſolum te feciſti: quoniam & ami-
cos & cognatos occidiſti. **A**tq̃ ubi **Philippum** acie uiciſſet: iuſſit in
Iſthmijſ proclamari liberos ſe **G**ræcos dimitti ac ſui iuris. **A**tqui
quotquot **R**omani **Annibalis** temporib⁹ in captiuitatē acti apud
Græcos ſeruiabant: hos ſingulos redemptos denarijs quingentis
Quintio **G**ræci dedere dono: & illi in urbē triumphantē ſecuti ſunt
pilleos capite gerētes: ut ijs mos ē: q̃ liberi facti fuerint. **A**tq̃ **A**chæ-
os quibus in **Z**acynthiorū inſulam exercitū ducere mens erat: mo-
nuit: cauere: ne quēadmodū teſtudines protenſo capite extra **P**elo-
Antioch⁹ rex **Antiochus** rex ingenti cū
Græcia exercitu **G**ræciā peteret: cunctis perterritis: cum ob militū multitu-
dinē: tum ob armog⁹ uarietatē: huiuſmodi ad **A**chæos dictione eſt
Chalcis uſus. **A**it enim cum **Chalcide** apud hoſpitē cœnaret: admiratū ſe
multitudinē carniū: at hoſpitē reſpondiſſe: eas om̃is porcinas eſſe:
ſed condimētis modo apparatib⁹q̃ differre. **P**roinde nec uos ait:
admiremini regiaſ copias: cū haſtatos **C**ataphractos & **P**ægeteros
hoc eſt pedeſtris ſocios: cūq̃ equeſtris ſagittarios auditis. **N**am hi
oēs **S**yri ſunt armis inuicē differētes. **P**hilopœmeni quoq̃ prætori

APOPHTHEG MATA AD TRAIANVM

Achæorū: q̄ mīto eq̄te & grauiorē armaturā pedite abūdaret: pecu
nijs ȳo idigeret: illudēs aiebat: **Philopœmeni** & man⁹ & crura esse:
uentrē aut̄ non esse. Eteṃ forma corporis **Philopœmeni** talis erat.

Gaius **Domitius** quem **Scipio** maior in bello aduersus **Antio**
G. **chum** apud **Luciū** fratrē suis legationis uicibus fungi uoluit: **Scipio** maior
cum hostium aciem esset conspicatus: præfectis hortantibus ut sta
Antiochus
tim hostem adoriretur: horam nequaq̄ satis esse respondit: ut tot
hominum milibus trucidandis impedimentisq̄ rapiendis repeten
tes castra seipsos curarent. Verum hoc in tempore cras factum ire
congressusq̄ postridie hostium quinquaginta milia ad internitio
nem redegit.

.I. milia hosti/
um desiderata

Publius **Licinius** consul impator: uictus equestri prælio a **Per**
se **Macedonum** rege: milites duo milia octingētos amisit: par
tim casos: partim captos. Post præliū uero cum **Perfes** & pro foe
derib⁹ & pro pace oratores misisset: uictus uictori iussit: ut & regnū
& res oīs **Romanis** cederet.

P. **Licinius**
Perfes

Paulus **Aemilius**: secundū consulatū petēs repulsam habuit. **Paulus** ami
lius
Sed ubi imperitiā & mollicia imperatorū bellū aduersus **Peri**
len ac **Macedonas** prolixitatē accepit: & ob id consulem illum de
clararunt: ait eis se gratias non habere: quoniā non eo esset impera
tor designatus q̄ tam imperio sibi q̄ illis imperatore opus foret.
Cumq̄ domū e foro petisset: ac tertiam filiolum quam lachryman
tem offenderat: quid ploraret interrogasset: atq̄ illa respondisset:
quoniā **Perfes** nobis mortuus est: erat aut̄ catellus ita nominatus:
in bonam fortunam ait o filia omenq̄ arripio. Atq̄ cum multa in
castris audaciā garrulitatēq̄ offendisset: q̄ imperatores ac rex mi
nime necessariarū studiosi induxissent: ut quiescerēt: ac solū gladios
acuerēt iussit: sibi enim reliqua curā fore. Nocturnas aut̄ excubias
iussit sine hasta & sine ense assuerēt: quo desperantes qui hostib⁹
repugnarēt: magis somno resisterent. Et cum **Macedonia** per locos
saltuosos inuasisset ac instructos hostes aspexisset. **Nasica** em̄ cum
hortante ut confestim illos adoriret: facerē istud quidē si tua mihi
ait atas esset. Vex̄ multa mihi experiētia impedimēto est: ut itinere
fatigatus aduersus instructam aciem dimicem. At superato **Perse**
cum pro uictoria epulū præberet: dicebat expertum peritūq̄ exer
citum maiori hostibus terrori esse suauissimūq̄ amicis conuiuiū
præbere. Ad hæc cum **Perfes** captus esset: ac in triumphū duci de
precaret: hoc inquit in te ē. Ita em̄ potestātē ei dedit: ut se ipse interi
meret. Grandi aut̄ ac propemodum infinita inuenta pecunia nihil
ipse accepit: At genero **Tuberoni** phialā argenteā ponderis libragē

Macedonia
Nasica

trium militiæ præmiū dedit. Et hanc aiunt primam Amiliorum domum argenteam supellectilem ingressam. Præterea cum quatuor ei masculinæ proles filij essent: duos adoptioni alijs antea dediderat: reliqui duo qui domi erat: alter qui annos quattuordecim natus quinto ante triumphū die: alter quinto itidem die post triūphum agens annum duodecimum: diem obiere. Cūq; procedenti ipsi populus eius uicem condoleret collugeretq;: nunc ait patriæ se metu atq; periculo esse liberatū: qñ successuū suoz inuidiā quā in familiā suā fortuna euomisset pro omībus tulerit.

Cato senior

Cato senior cum apud populum in prodigalitatē & i modicos sumptus inuaderet: inquit: qd difficile est habere ad uentrē orationem qui aures non habet. Mirari autē qui urbs illa seruaretur: ubi pluri ueniret piscis q̃ bos. Item cum uxorū effrenatius petulantiusq; imperium aliquando reprehenderet: omnes inquit homines uxoribus dominantur: nos uero cunctis hominibus: nobis autem uxores. Aiebat etiam male pro collato bñficio gratiam non recipere q̃ pro illata iniuria supplicij non subire: & ijs semper omnibus qui delinqueret præterq; sibi ueniam dare. Et cum magistratus ad delinquentis plectendos hortaretur: dicebat qui & possent & non propulsarent iniuriam: eos lapidibus esse obruendos. Rursus ijs se iuuenibus magis dicebat delectari qui erubesceret q̃ qui palleferent. Dicebat etiam eum sibi militem odio esse qui ambulando manus: pugnando autem pedes moueret: ac sterteret magis q̃ inclamitaret. Atq; pessimū eum aiebat imperatōrē qui sibi ipsi imperare nō posset. Ad hæc maxime oportere existimabat: ut q̃s q; sui ipsius pudore teneretur: neminē enim unq̃ ab sese abesse. Insuper cum plurimorum hominū erectas uideret statuas: at malo de me inquit homines queritent: cur Catonis statua posita non est q̃ cur est posita. Item quibus potestas esset ut ea parce uterent: hortabatur: quo semper potestate liceret uti. Et q̃ uirtuti honorē auferrent: eos dicebat iuuentuti honorem auferre. Idem neq; pro iustis rebus magistratum aut iudicem orandum esse dicebat: neq; pro rebus iniustis exorandum. Iniuriam quoq; dicere solitus est etiam si inferētib⁹ minus sit oībus esse periculo. At senectuti multa cū ad sunt turpia ne uitij turpitudine adderet hortabatur. Atq; iratū ab insana arbitrabatur tempore differre. Item illis minime inuideri qui fortuna mansuete modesteq; uterentur. Non enim nobis sed quæ nobis bona sunt inuident. Præterea qui esset in ridiculis studiosi: aiebat in serijs ridēdos fore. Et pulchras actiōes pulcherrimis quoq;

Fortuna

APOPTHEGMATA AD TRAIANVM

actionibus dicebat esse occupandas: ne illarum gloria paulatim de-
flueret. **C**orripiebat autem ciues qui eosdem semper ad magistra-
tum designassent. **V**idebimini enim dicebat: existimare aut nō mul-
ti magistratum faciundum: aut non multos dignos esse qui magi-
stratū gerant. **R**ursum quia agros maritimos emisset: eum sibi ad-
mirationi esse simulabat tanquā mari ualentiorē. **N**am quā il-
lic uix inundet: hic facile absorbeat. **E**t cum censuram petens uide-
ret alios qui & rogarent blandirēturq; multitudini: clamabat ipse **Censura**
indigere populum & se uero medico ac magna purgatiōe: proinde
non eum designandum esse qui gratificaretur: sed qui inexorabilē
se praeferet. **Q**uā cū diceret cunctis in electione praelatus est. **I**tem
cum iuuentutem doceret: audenter pugnandum esse dicebat & uer-
bo magis q̄ ense: & uoce magis q̄ manu plarumq; uerti & cōster-
nari hostes. **A**t qui cum bellum aduersus eos gereret: qui ad **Betis flumē**
flumen habitarent: magnoq; in discrimine propter hostium multi-
tudinē positus esset: uellentq; celtiberi ducentorum stipendio ta- **Celtiberi**
lentorum auxilium ferre: **R**omani uero non sinerent mercedē bar- **Romani**
baris hominibus decerni: eos ait errare. **C**um enim uicerint: non
ab ipsis mercedem: sed ab hostibus exactam soluturos. **Q**uod si uicti
fuerint: neq; a quib⁹ illa peteretur: nec qui peterent futuros. **E**t cū
plures cōpisset urbes: ut ipse ait diebus quibus inter hostes com-
moratus est: nihil ipse plus cōp̄it q̄ quā ex hostiū agro comedit ac
bibit. **I**dem cum argenti libram uiritim distribuisset in milites: ait
melius esse ut multi cum argento: q̄ pauci cum auro ab militia re-
uerterentur: magistratibus enim aliud nullum in prouincijs q̄ glo-
riā additamentum faciundum esse. **A**tq; seruos quinq; militiā ha-
bebat: horum unus cum tria captiua emisset corpora: neq; prius la-
cuiisset **Catonem** q̄ in conspectum iss̄et: hominem strangulauit. **E**t **Scipio afri-**
rogatus a **Scipione Africano**: ut **Achaëorum** exulibus auxilio esset **canus**,
quo redirent in patrias: simulabat eam sibi rem nulli curā esse. **A**t
cū in senatu uerba plurima fierent: surgēs: tanq̄ nihil habeam⁹ in-
quit quod nobis agendum sit: sedemus de **Græcis** seniculis disse-
rentes: utrum a nostris an ab **Achaëorum** pollinctoribus efferan- **Polinctoribus**
tur. **A**t cum **Posthumius Labienus** historias **Græce** scrip̄isset: ac **Posthumio** la-
ueniam ab auditoribus peteret: ait illudēs **Cato**: ueniam dandam **Cato**
esse: si coactus amphictionum decreto scrip̄sit.

Scipionē iuniorē ferunt annis quattuor & quinquaginta: q; **Scipio iunior**
bus uixit nihil emisse: nihil uendidisse: nihil ædificasse: libras

PLVTARCHI CHERONENSIS

aut argenti tris ac triginta duntaxat in magna substantia & auri duas
Carthago reliquisset: cum tñ Carthago in ipsius potestate fuisset: & unus oim
Polybius imperatorum milites locupletasset. Præterea Polybii præceptum obser-
 uans studebat non prius e foro abire quam aliquem ex adeuntibus fami-
 liarē sibi atque amicū quouis pacto effecisset. Et cum iuuenis adhuc
 esset: tantā & fortitudinis & prudentiæ expectationē de se præstitit:
Cato senior ut Cato senior de ijs interrogatus qui ad Carthaginem militaret:
 inter quos etiā erat Scipio: diceret: solus is quidē sapit ac uiget: ad
Roma hunc autē umbra concedunt. Item cum Romā uenisset ab exercitu:
 eum inuitabant: non quo illi gratificarent: sed quod per illū prope-
 diē ac facile Carthaginē capturi essent. Atque cū murū superasset: &
 Carthaginēses ex arce repugnarēt: ne tu mare istud munies: id autē
 iacebat inter utrosque: nec admodū erat profundū: dicente Polybio
 atque cōsulente ut tribulos spargeret ferreos: aut tabulas stimilis per-
 foratas iniiceret: ne transeūtes hostes aduersus aggeres pugnarēt:
 ridiculū esse ait qui muros cōpissent & intra urbē essent: inde ita se-
 gerere: quo aduersus hostes non pugnarēt. Et cum urbē Græcis sta-
Sicilia tuis oblatiōibusque ex Sicilia aduectis refertam inuenisset: iussit per
 præconē ut quæ præsentēs urbium ciues sua cognoscerēt: reporta-
 rēt in patriam. Atqui rerum illarum neque seruū: nec libertum ul-
 lū accepit. At ne emit quidē cum & diriperēt: & deprædarentur ta-
G. Lælius men omnes. Rursum cum G. Lælio quo & amicissimo & socio ute-
 batur: consulatum petenti suffragaret: Pompium interrogauit: an
Pompium etiam ipse peteret cōsulatū. Erat autē Pompium Tibicinis fili⁹: quo
Lælius respondente nequamque petere: quin potius cum Lælius peteret il-
 lius designandi gratia se quoque comitia ambiturum crediderūt: &
 ita expectantes ab illo decepti sunt. Nunciabatur enim eum circui-
 re forum ac ciues dextera blandiendo apprehendere. Quare alijs
Scipio turbatis subridens Scipio: stulti inquit sumus qui quasi non homi-
 nes sed deos immortales precaturi simus: tantū terentes temporis
Appius claudius tibicinē expectamus. Rursum cum Appius claudius eius competi-
 tor in cēsura esset: ac diceret Romanos omnis ab se nominatim salu-
 tari: Scipio qui oēs fere ignoraret: uera inquit narras: nam maiori
 curæ mihi fuit: ut a nemine ignorarer quam ut multos nossem. Horta-
 bat autē ciues quāquidē aduersū Celtiberos bellū gerebant: ut utroque
 militatū misso aut legato aut tribuno militū sumerēt utriusque uir-
 tutis testes ac iudices bellatores ipsos. Insuper censor declarat⁹ ad o-
Placenta re Carthago oppugnabat: placentā melle compositā quā in urbis
 similitudinē figurāque formarat: & hanc Carthaginem appellarat:

APOPHTHEG MATA AD TRAIANVM

coniuuijs proposuit rapinæ: percunctantq; adoleſcēti: quā ob cauſam equū ſibi abſtuliffet: prior enim q̄ ego **C**arthaginē inquit diriſiſti. **E**t cum. **G. Liciniū** prætereuntē intuerē: ſcio hūc ait uirum **G. Licinius** peieraffe: **A**t nequeo nemine accuſāte: & accuſator eſſe & iudex. **A**d hæc cū a ſenatu tertiuū miſſus eſſet: cū urbiū: nationū regūq; inſpector intueretur: ut ait **Clytomachus**: **Q**uis urbes hoīesq; animis q̄ **Clytomach⁹** lege tuenē: **A**lexandriā uenit: **C**ūq; egreſſus nauim incederet: capi **Alexandria** te toga operto: **A**lexandrini quī undiq; ad eū uiſendum accurrerēt rogabant ut & caput detegeret: atq; cupientibus ſibi faciē oſtenderet. **Q**uod cum iſ feciſſet: ſtrepitū omnes ſunt ac plaufu proſecuit. **E**t cū rex pp̄ corporis tarditatē atq; molliciā uix ſequerē: incedētis illos **Scipio** ſubmiſſa uoce imurmurans ad **Panætiū** dixit: iam alicui **A**lexandrinis noſter aduentus fructui & uoluptati eſt: prop̄ **Scipio** nos enim ambulante regē conſpiciunt. **C**omitabaſ aūt eum amic⁹ **Panæti⁹** unus **Panæti⁹** philoſophus & famuli quinq;: quorū unus cum in ea peregrinatione uita deſunctus eſſet: aliam quoniā emere nollet: ex urbe accerſiuit. **R**urſum cū **Numantini** uiderenē inuicti: ac plæroſq; imperatores ſuperaffe: ſecundū populus ad id bellū conſulem **Scipionē** declarauit. **E**t cum multi in expeditionē irent: id ſenatus quoniā exhauriret **I**talia prohibuit: neq; pecunias ex ærario ſumeret conceſſum eſt: ſed prouentus uectigales quorū nondum tempus aderat decreti ſunt. **A**t **Scipio** nō opus ſibi pecunijs eſſe dixit: ſuas enim atq; amicorū ſatis ſuperq; fore. **S**ed de prohibitis militibus quaſtus eſt: **N**am bellū graue & periculofum eſſe. **S**i propter hoſtium fortitudinē totiens ſuperati ſunt quod aduerſum tales id geraſ: ſin propter ignauiā ciuium quod cum talib⁹. **A**tq; ubi in caſtra uenit: multaq; & licentiā & luxuriā & ſuperſtitionē delitiasq; offendit: uates cōtinuo & hariolos lenoneſq; exegit: impauitq; uafa cūcta dimitterēt: præ ollam: ueru ac fictilē calicē: argenteū uero poculum non maioris q̄ libræ: duarum ponderis pro arbitrio habendum permiſit lauari: **E**tiam uetuit & unguētis quiſq; ſe ipſe fri caret iuſſit: ſumenta em̄ quoniā manibus carerēt: alterius fricatiōe indigere. **I**mperaui quoq; ut ſtantes crudū pranderēt obſonium: cōnarēt aūt diſcumbentes panem: aut ſimplicē pultem & carnem aſſam aut elyxā. **I**pſe uero nigro phibulatus ſagulo exercitū circuibat ei⁹q; lugere dedecus aiebat. **A**tq; cum **Mēmij** cuiuſdā tribuni **Memmius** militū ſumenta comprehendiſſet: quæ lapideas peluis & uitrea pocula deportarēt: mihi inquit ac patriæ triginta dies: tibi uero iomen uita cū talis eſt temetiſum inutilē feciſti. **E**t cū alius pulcherri me ornatū ſcutū oſtendaret: heus inquit adoleſcens ſcutū certe pul

PLVTARCHI CHERONENSIS

chrum est: uerū decet Romanū uirum in dextera potius spes suas
q̃ in sinistra collocet. Item cum is qui uallum sustulisset uahemen/
ter se premi diceret: Recte inquit: fidis em̃ magis huic ligno q̃ gla/
dio. Et cum effrenatam hostiū amentiam esset intutus: dicebat tem/
pore securitatē emi. Nam boni imperatoris sicuti medici officium
esse: ut ferri curatione utatur ad postremū. Verumtamen tempesti/
ue adortus Numantinos in fugam uertit. Cūq̃ uictos graui ter se/
niores ferrent exprobrantes quid eos fugissent quos totiens fugas/
sent: Numantinum quēdam dixisse fertur: pecudes easdem quoq̃
nunc esse at pastorem alium. Ad hæc ubi capta Numantia secū dū
trīūphasset: contentio ei pro senatu ac socijs aduersum G. Gracchū
constituit. Quare turbatus populus in eum qui in tribunali esset:
tumultuabatur. Tunc ait Scipio: Nunq̃ nos legionum clamor uo/
ciferatioq̃ perterrit: ne dum hominū cōfluctuatio atq̃ confusio:
quibus non matrē Italiam sed potius nouercam esse scio. Et cum
ab amicis Gracchi sublatu esset clamor de interficiūdo tyranno:
Recte inquit qui patriā oppugnant: me prius uolunt de medio tol/
lere: nō em̃ Romā casurā putāt Scipione superstitē: neq̃ uicturum
Scipionē si Roma ceciderit.

Cæcilius me/
tellus

Cæcilius metellus cū munitū castellū adoriri uellet: dixissetq̃
Centurio: si modo decē uiros amiserit: fore ut castellum cape/
ret: rogauit Metellus an uellet unus ex decem esse. Rursum cum iu/
nior quidam tribunus militū quæreretur: quid facturū foret: si hāc
respondet tunicam existimarē mentis meæ consciam esse: eam exu/
tus in ignem mitterē. Atq̃ Scipionis mortem cui uiuo inensus fue/
rat: tulit q̃ molestissime: ac filijs iussit ut subeuntes lectum tollerēt:
dixitq̃ gratias habere se dijs immortalibus q̃ non esset apud alios
natus Scipio.

Gaius mari⁹

Gaius Marius ex obscuro genere rempublicam capeffens ædi/
litate ampliōrē pollicitus est. Cūq̃ perspicue aduertisset eo/
dem se die defecturū: ad minōrē trāsijt: atq̃ illa quoq̃ frustratus
non tamē futurum diffusus est se Romanorum principem. Et cum

Varices

utroq̃ in crure uarices pateret: solutus crus medico execandū præ/
buit: neq̃ ullo emissio suspirio nec cōtractis supercilij sectionē per/
tulit. At cum medicus transitū faceret ad alterū crus: noluit in quies

Clusius
Trebonius

curationē eo dolore dignam non esse. Insuper cum Clusius sororis
filius in eius secundo consulatu militi cuidam præstanti forma Tre/
bonio nomine uim afferret: ab adolefcēte occisus est. Multisq̃ Tre/
boniū accusantib⁹ is a se illū occisum q̃ in magistratu esset nō nega/
uit: sed necis causam dixit ac probauit. Itaq̃ Mari⁹ quæ p præcla

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

ris militiæ facinorib⁹ corona dari consueuerat ferri ad se iussit **Tre-**
bonioq; imposuit. Atq; cū aduersum **Teutonas** in proximo castra
posuisset eo in loco q; pag; haberet aqua: dicerētq; milites siti se affi-
ci: mōstrato illis flumine qd iuxta hostiū uallū deflueret: Illinc uo-
bis potus est inqt emēdus sanguine. **Li** aut duci se rogabāt donec in
sanguine inesset humor ac nondū præ siti cōstringerēt. Præterea ca-
mertū uiros mille q; egregia uirtute i bellis aduersus **Cymbros** ex **Cymbri**
titissent: præter oēs leges ciuitate uniuersos donauit. Quod quidē
factū cū a nōnullis accusaret: aiebat uerba legū ppē armoz strepi-
tū exaudire nequiuisse. Et cū in bello ciuili fossa circūdat⁹ & obse-
sus occasionē ac temp⁹ operiret: dixissetq; **Pompei⁹ Silo:** o **Mari si Pompeius**
magn⁹ impator es descende in aciē: proinde tu inqt si magn⁹ es im-
perator coge me uel inuitū in aciē descēdere.

Catullus **Lutatius** cum in bello aduersus **Cymbros** ad **Atiso-** **Catullus lu**
nem flumen castra haberet: & **Romani** quoniā **Barbaros** ad **tatius**
transitum niti intuerent: cederēt ubi eos detinere non posset: contē **Romani**
dit ad primū cursim abscedētium agmē: ne **Romani** fugere hostes
sed imperatorē sequi uiderent.

Sylla cognomēto **Foelix:** inter maximas suas foelicitatis duas **Sylla**
existimabat: **Pj Metelli** amicitia: & q; urbē **Athenarum** non **Pius metellus**
æquasset solo sed seruasset potius. **Athenæ**

Gaius **Popilius** ad **Antiochū** legat⁹ missus est cū epistola a se **G. popilius**
natu qua iubere **Antiochus** ut exercitū ex **Aegypto** abduce-
ret: nec **Ptolemæi** filioz q; orphani essent regnū occuparet. **Popiliū**
uero p; castra aduenientē: cū **Emit⁹ Antiochus** q; humanissime sa-
lutasset: ille non seruata salutandi uice tabellas reddidit. Quib⁹ le-
ctis cū rex dixisset cōsultat⁹: sese dat⁹q; responsum: **Popil⁹** rege
uirga i gyrū circūscripto: hic ergo stās inqt cōsulta & respōde. Cum
ctis aut uiri grauitatē atq; animi magnitudinē admirātib⁹ stupēti-
busq; & **Antiocho** fact⁹q; se assentiēte quæ **Romani** uellēt: ita **Po-**
pilius & salutauit eū & complexus est.

Lucullus in **Armenia** cum decē milibus peditum & mille equi **Lucullus**
tū aduersus **Tigranē** qui centū quinquaginta milia hoīm in **Armenia**
expeditione haberet: pridie **Nonas Octobres** pfectus est. Quo die **Tigranes**
prius **Scipionis** copiæ a **Cymbris** cōsumptæ sunt. Quare cū quidā **Cymbri**
dixisset **Romani** illū diē nefastū esse atq; formidabilē. Igī pugne-
mus inqt hodie impigre: quo hūc q; **Romanis** diē ex acro & tristi **Romani**
iucūdū hilarēq; reddam⁹. Et cū **Catafractos** maxime milites me **Catafracti mi**
tuerēt: bono aio esse iussit: futur⁹ em plus laboris i illis spoliadis q; lites
uincēdis. Atq; cū collē p̄m⁹ ascēdisset: barbarozq; motū aspexisset

PLVTARCHI CHERONENSIS

magna uoce inquit: uicim⁹ o cōmilitones: **A**c nemine sustinēte dū illos fugat: **R**omanos quinq; locto interceptos amisit: hostes uero supra centū milia occidit.

- Gn. pompeius** **R**omani **G**nam Pompeium æque **R**omani amauerunt atq; patrē ode
Italia rant. Is cum puer admodū esset: **S**yllanæ se parti asciuit: & cū
Sylla neq; magistratu fungere: neq; senator esset: magnum ex **I**talia con
Sicilia flauit exercitū. **C**unq; a **S**ylla accerferetur: negauit se sine præda ac
 sine cruore copias imperatori ostensurū. **N**ec prius uenit q̃ hostiū
Sthenius duces permultis prælijs uicisset. **I**dem cū a **S**ylla prætor in **S**iciliā
 missus: accepit milites egressos in itinere uim inferre ac rapina uti:
 qui alios palantes circumcursarent supplicio affecit: sed ijs qui a se
 missi essent ad gladios gēmas addidit. **A**d hæc **M**amertinos qui cō
 trariam partē secuti fuerāt poterat uniuersos occidere. **A**t **S**theni⁹
 factionis princeps cū dixisset eum nequa q̃ iuste agere: qui pro son
 te insontes multos uocaret ad poenā: hūc aut seipsum esse abs quo
 & amici persuasi & inimici coacti res marianas elegerunt: admira
Pompeius tus **P**ompeius ait ueniam dare **M**amertinis: qui ab eiusmodi uiro
Mamertini essent persuasi: qui patriam salutē suā uitæ anteferebat: & cū urbem;
Africa tum etiam **S**thenium liberauit. **I**tē cum in **A**fricam aduersus **D**o
Domitius mitium traiecisset: & illo magna pugna superato a militibus esset
 imperator salutat: respondit non se honorē illum admittere: q̃
 diu hostium uallum staret. **I**taq; simul etiam cum imbri milites fa
 cto impetu castra expugnarunt: coeperunt: depopulati sunt. **C**um
Sylla aut reuertisset: tum ceteris eū honoribus prompto animo uultuq;
 amicissimo **S**yllā excepit: tum omniū primus magnū appellauit.
At cum uellet triūphare: qm̃ nondū senator esset: nequa q̃ pmisit:
 q̃ obrem cū **P**ompeius dixisset ad circūstantis ignorare **S**yllā etiā
 plures oriētē solē q̃ occidentē adorare: exclamauit **S**ylla triūphet.
Seruilius **A**t **S**eruilius uir senatorius & si grauiter rem ferebat: tamē cū plē
 riq; aduersarent triūpho: quippe qui largitiones aliquas exposce
 rēt: dixissetq; **P**ompeius se potius triūphum dimissurū q̃ blande il
 los allocuturū: nunc ait uero. intueri se **P**ompeiu & magnū & triū
 pho dignū. **I**nsup cum **R**omæ mos esset: quādo cūq; militia mū
 nus pro legitimo tempore obisset: equū ad: duumuiros quos cen
 fores uocant: in forū agerēt: adnumeratisq; militia munerib⁹ qui
 busq; imperatoribus ea gesta sunt: aut laudarent pro meritis: aut
 uituperarentur. **P**ompeius consulē gerens ipse equum deduxit ad
Gelliū & Lentulum cēsores. **Q**uibus ut mos est percunctantib⁹ an
Sertorius oīa militaria munera obisset: oīa respondit: & me quidē impatore.
Hispania **I**dē **S**ertorij scripturis in **H**ispania potitus: inter quas erāt multorū

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

ducum epistolæ: quibus ad perturbandam mutandâq; rempubli-
cam: **Sertoriū** Romam accerlebāt: illas omnis cōcremauit: facul-
tatem quidem ijs præbens: ut mali ad sanitatem redirēt: ac melio-
res fierent. Præterea cū **Phraates** rex **Parthorū** per legatos eū ro-
gasset: ut termino euphrate uterēt: quin poti⁹ **Romani**: inquit: ter-
mino utenē aduersus **Parthos** iure ipso. Rursum cum **L. Lucullus**
militia functus uoluptatibus sese dedisset: uiueretq; sumptuosius:
Pompeium autē uituperaret: quoniā præter atātē pleraq; sibi ge-
renda appeteret: magis: inquit: seni præter atātē est delitijs operā
dare q̃ imperare. Et cum ipse aduersa ualitudine laboraret: ut tur-
do uelceret: medicus iussit: Illum sui frustra quæsiuerunt: erat enī
præter anni tempus: Dixit quidā fore: ut apud **Lucullū** turdi: quē
penes annū integrū nutrianē: inuenirēt. Ergo inquit: nī **Lucullus**
studeret delitijs: uiuere **Pompeius** non possēt. Ac dimisso medico
paratu facilissimis uilibusq; cibis usus est. Idem cum uahementissi-
ma annonæ charitudine urbs præmeret: uerbo quidem cui anno-
næ cura mādāta esset: declaratus: re autē terræ ac maris ius habēs
in **Africā** & **Sardiniam** **Siciliā**q; nauigauit: collectaq; grandī
frumenti copia ad **Vrbem** maturabat. Magna uero tēpestāte orta
gubernatoribusq; perterritis: ubi primus inscēdisset nauim & an-
chorā tolli iussisset: clamauit quod ad nauigationē cogeret non ad
uitā. Idem cum ei⁹ aduersus **Casarem** simultas in aperto iā esset: **Casari**
& **Marcellinus** unus ex ijs qui a **Pompeio** pducti ad dignitatem
fuerāt: deinde mutato erga **Casarem** animo: multa ī senatu in **Pom-**
peium loqueretur: Non te pudet **Marcelline** inquit: maledictis me
onerare: per quē & e muto loquax factus es: & esuriem cum uomi-
tu cōmutasti. Et ad **Catonem** grauius mordētē quoniā q̃ sapissi-
me prædiceret potentiā & auctoramentū **Casaris** nequaq; reipu-
blice bono cedere: respōdit: tua quidem magis ad diuinationē ac-
cedūt: at mea ad amicitia. Atq; cum de se liber⁹ loqueret: ait om-
nem se magistratum & accepisse citius q̃ expectasset: & deposuisse
citius q̃ esset expectatus. Ad hæc cū post conflictum **Pharsalicum**
in **Aegyptū** fugiens ex triremi foret in piscatoriū nauigium qd rex
miserat: transiturus: cōuersus ad uxorē & filiū: aliud nihil q̃ illud
Sophodis dixit: Quisquis tyrānū petit: is & si liber it: illius est ser-
uus. Cum uero transcendisset ense percussus: suspirio semel emissō
nihil locutus est: sed uelato capite seipsum tradidit.

Cicero orator in nomen cauillatus: & amicis ut id mutaret
hortantibus ait: **Ciceronis** nomen sese facturum q̃ & **Ca-**
tonū & **Catulorū** & **Scaurorū** nomē illustri⁹. Et cū argen-
u

Phraates rex
Euphrates
Romani
Parthi
L. Lucullus
Pompeius

Casari

Cato

Sophocles

Cicero

PLVTARCHI CHERONENSIS

- teum poculū dīs immortalibus uotū soluisset: prima nomina literis notauit: sed p **Cicerone** cicer incidit. At eos oratores qui altiore uoce uterent: dicebat ppter infirmitatem in clamorē ueluti claudos in equū ascendere. Et cū **Verres** cuius filius corporis forma male uteretur: **Ciceronem** maledictis lacefferet: perinde quasi & mollem & cynadum criminaret: ignoras inquit decere intra fores cōiutis filios urgere. Rursum cū **Metellus** nepos ad eum dixisset: **Pluris** testimonio tuo occidisti: q̄ patrociniō seruasti. Eteñ plus mihi est: inquit: fidei q̄ eloquētiā. Interrogante etiā **Metello**: quis ei pater esset: Hanc inquit respōsionē difficiliorē effecit mater tua. Fuerat eñ **Metelli** mater impudica. At **Metellus** ipse & leuis erat & incōstans & libidinis deditus. Rursum cum **Diodoto** rhetorico: rum doctōri uita defuncto lapideū coruū **Metellus** ipse apposuisset: **Iustam** inquit retributionē factam: uolandi eñ huic nō dicēdi doctrinā tradidit. Atq; cum **Vatiniū** hominē & inimicū sibi & p̄ditissimū prius audisset interisse: mox certior de eius uita factus esset: male inquit pereat qui male mentitus est. Ad eū quoq; qui genere **Libys** esset: diceretq; nō audire ipsum dicentē: neq; tamē respondit: habes aurē nō foratam. Castum aut popillum: qui se iurisperitum haberi uellet: cū & rudis tñ & obtusus esset: ubi ad controuersiā quandā aduocasset testem: atq; ille dixisset nihil scire: putas eñ ait de iure fortassis iterrogari. Præterea cū **Hortēsius** orator argētā sphinga mercedē a **Verre** accepisset: cūq; oblique quidā ac subdole **Cicerone** ad eū locuto: dixisset se anigmatū solvendorū imperitū esse. Attamen respondit **Cicero**: sphinx apud te est. Et cū **Voconiū** cū tribus filiab⁹ deformosissima facie obuiū habuisset: submissa uoce ad amicos dixit: **Phoebo** haud oriente genuit hic pignora. Atq; cū **Faust⁹ Sylla** puer ppter aeris alieni ac fornorum magnitudinē supellectilem p̄scripsisset: hanc ait libentius q̄ patris ei⁹ p̄scriptionē amplector. **Pompeio** aut ac **Cæsare** dissidentibus ait: quē fugiā: noui: ad quē fugiā: ignoro. Ac **Pompeium** ac **Cæsarem** qui urbem deseruisset: essetq; **Themistoclen** potius q̄ **Periclen** imitatus: cū res non illis sed hisce similes essent. Ad hac cū uenisset ad **Pompeium**: ac rursus uenisse pœniteret: ab eo interrogat⁹: ubi **Pisonē** generū reliquisset. Apud tuū: inquit: socrū. Et cū quidā ad **Pompeiu** a **Cæsare** trās fugisset: diceretq; præ celeritate atq; alacritate equum reliquisset: melius inquit eū de equo consuluisset. Item ad eū qui nūciabat **Cæsaris** amicos tristes esse: narras inquit eos eē. **Cæsare** exops: ab eoq; dissentire. Cū aut post **Pharsalicū** præliū **Pompeio** fugiente: **Nonius** quispiam dixisset: adhuc

APOPHTHEGMATA AD TRAIANVM

aquilas septem apud ipsos esse: & ob id ut bono animo essent hortare: **Recte** inquit moneres: si cū graculis nobis pugnandū foret. **Et** cū potius uictoria **Cæsar** pstratas **Pompeij** imagines honorifice crexisset: ea de re loquens **Cicero** ait: **Cæsar** in erigendis **Pompeij** statuis suas firmat. **Adeo** autē qđ pulchre sciteq; dicere: pluri mi faciebat: & ita ad id operā suā uāhemēter accommodabat: ut cū ei cōtrouersia esset apud cētumuiros cōstituta: & instāte die: ab **Eronte** seruo nunciatum foret in diem posterum controuersiam reiectam: eum libertate donauerit.

Cæsar
Cicero

Gaius Cæsar cum **Syllam** fugeret adhuc adolescēs: in prædones incidit: & cū primū magna uis argēti ab eo petere: **Sylla** prædones derisit: tanq̃ eius quē haberent ignaros: ac dū plurimū se daturū pmisit. **Deinde** asseruatus donec pecunias cogeret: ut & dormienti sibi quieti essent silentiūq; præstarent: imperabat: **Quas** autē oratiōes poemataq; scriberet eis legebat: & qui minus uāhemēter ea laudassent: fatuos ac barbaros appellabat: **Ac** prisum eos suspēsurū se minabatur: **Id** quod etiā paulopost effecit. **Nā** cū post aduectū sui redimēdi preciū liberatus & uiros & nauigia ex **Asia** cōgregasset: tū cōprehēdit prædones: tū etiā affixit cruci. **Insuper** cū **Romæ** pontificatū peteret: haberetq; eius rei æmulum atq; cōpetitorē **Catulū**: qui **Romanis** reliquis dignitate præstabat: a matre ad fores deductus: hodie inquit mater uel pontificem filium uel exulem habebis. **Atq;** **Pompeiam** uxore: qm̃ esset de **Clodio** infamata: repudiauit. **Deinde** **Clodio** eā ob rem in iudiciū acto: testis adductus nihil nequā de uxore locutus est. **Accusatore** autē interrogante: quid igitur eā eiecisti: **Quoniā**: inquit: decet uxorem **Cæsar**is calumnia etiā uacare. **Præterea** cū **Alexandri** res gestas legeret: collachrymauit: dixitq; ad amicos: **Is** cū hac cētate: **Dariū** uicit: mihi uero in hāc usq; diem gestū est nihil. **Et** cū in alpihus sterile inopsq; oppidulū præteriret: amicis quarentib; an etiā hic seditiones aliqua cōtētionesc; de principatu essent: subdubius cogitabūdusq;: malim inquit hic primū esse q̃ **Romæ** secūdus. **Fortissimorū** autē facinorū ea obscunda esse dicebat quæ & periculosissima maximaq; essent uerū haud cōsultāda. **Et** cū ex **Gallia** puincia aduersus **Pompeij** **Rubiconā** flumē trāsiret: ait: iacta sit omnis alea. **Item** cū ad mare **Pompeius** fugisset **Roma**: ac **Metellus** qui arario præsideret: **Cæsarem** a capiunda pecunia phibere: arariūq; occlusisset: ei mortē minatus est. **At** **Metello** præterito: hoc inquit adolescens difficili⁹ erat dictū mihi q̃ factū. **Ad** hāc cū **Dyrrhachium** ad eū milites aduāherent a **Brundisio** clam

G. Cæsar
Sylla

Asia

Catulus

Clodius

Darius

Gallia
Rubicon flu.
Metellus

Dyrrhachium
Brundisium

PLVTARCHI CHERONENSIS

omnib⁹ nauigium paruum in gressus: traicere pelagus aggrediē.
Fluctuante autem nauigio ubi sese gubernatori manifestasset: cla-
 mauit: **C**rede fortunæ certior fact⁹ **C**æsare abs te uari. **E**t tunc qui-
 dem uahementior tempestas insurgens ei impedimento fuit. **A**t
 qui milites cōcursu facto: magna cum animorū ægritudine quere-
 bant: qđ uires alias expectaret: quasi ipsis diffideret. **S**ed postea

Pompeius
Cæsar

qđ pugna facta uictor **P**ompeius nō est usus uictoria: sed in castra
 redijt: **E**rat inquit uictoria apud hostes: sed uincendi gnarum nō
 habent. **R**ursum cum ad **P**harfalū instructam aciem locis suis sta-
 re: hostesq; recipere **P**ompeius iussisset: eū errasse **C**æsar dicebat: qđ
 illam militū animi ex cursu incitationē: illam uim: illam pugnādi
 alacritatem naturaliter minatā debilitasset. **A**tq; cū primo impetu
 facillimeq; **P**harnaca ponticū uicisset: ad amicos scripsit: **V**eni: ui-
 di: uici. **P**raterea ubi **P**ompeiani in **L**ibya in fugā uersi superatiq;
 sūt: ac sese **C**ato interemit: iuideo tibi: ait: **C**ato mortis tuæ: **E**tem
 tu mihi salutis tuæ inuidisti. **R**ursum cū a quibusdā hortaret: ut

Cato
Antonius
Dolobella
Brutus
Cassius

Antoniū atq; **D**olobellam: de quib⁹ male opinabant: sibi caue-
 ret: respondit nō hos sibi rubicundos & pinguis timori esse sed gra-
 cilis illos ac pallidos **B**ruto **C**assioq; ostensis. **E**t cū inter cōnādū
 ort⁹ esset de morte sermo: quæ nā foret optima: **I**nopinata rīdit.

Cæsar augu-
stus

Cæsar qui prim⁹ est **A**ugustus cognominatus: cum adhuc
 esset adolescens: ab **A**ntonio repetiuit duo milia quingētā
 sex tertiu: quæ & primi **C**æsaris interfecti adibus **A**ntoni⁹
 ad domū suā trāstulisset. **V**olebat em̄ **R**omanis soluere quos **C**æ-
 sar legauerat uiritim: nummos quinq; ac septuaginta. **A**t cū **A**nto-
 nius pecunias haberet: & illū moneret: ut ab ijs repetundis desiste-
 ret: si sanus esset: paterna bona proclamauit: ac uendidit: largitio-
 nēq; persoluit. **Q**ua ex re & sibi beniuolentia apud ciues compara-
 uit: & in illum odiū cōcitauit. **A**tq; cū **R**hoemetacles rex **T**hracum

Rhoemetacles

qui ab **A**ntonio ad eū transierat: nō moderatum se ac demissum
 in cōuiuijs sed petulātē odiosumq; præstaret: societate exprobās:
 pprio cuidam aliorū regū ait: **C**æsar: **E**go proditiōnē amo: sed p-
 ditores non laudo. **I**tem **A**lexandrinis post captiuitatē extrema se

Arius

mala passuros opinantibus: ubi **C**æsar suggestum ascēdisset: **A**rio
 alexandrino corā cōstituto ait: se urbi ignoscere primum propter
 eius & magnitudinē & decorē: dein ob cōditorē **A**lexandrum: de-
 mū uero ppter **A**riū amicum. **I**dem cū accepisset **E**rota qui ægy-
 ptiacas res gereret: emisit cōturnicē: quæ cæteras omnis pugna lu-
 peraret: essetq; ipsa inuicta: & eā assam deglutisse: eo accersito atq;
 agitata quæstione nauis malo hominē: ubi rem cōfessus est: iussit

APOPTHHEGMATA AD TRAIANVM

affigi: **Ac** **Sicilia** p **Theodoro** **Ariū** praefecit. **Libello** aut sibi a q. **Sicilia**
 piā reddito ubi scriptū erat: **Calu** **Theodorus** **Tarſeus** fur erat;
 qd tibi uideſ: **Caſar** ſcripſit: **Videſ**. **A** **Mecœnate** aut ſodali ſin/
 gulis dono annis phialā in natalitijs accipiebat. **Athenodoro** etiā **Athenodoruſ**
 philoſopho ut domū dimittereſ ob ſeniū precāti cōceſſit: ſed cū in
 ſe ſalutādo & in extremo abeundi gratificādiq; officio **Athenodo-**
 rus dixiſſet: cū ira te **Caſar** cœperit: nihil pri^o neq; dixeris nec fece- **Caſar**
 ris q; ipſas quattuor ac. xx. litteras tecū ipſe percurreris: eo manu
 apprehēſo: adhuc inquit tua mihi praſentia opus eſt: ipſumq; an-
 nū totū detinuit: inquies eſſe taciturnitatis quoq; numerationē tu-
 tiſſimā. **Inſuper** cū audiſſet **Alexandrū** ubi duos ac. xxx. natus an- **Alexander**
 nos maximā orbis partē ſubegitſet: admodum dubitaſſe quid reli-
 quū tēpus facturū eſſet: miratus eſt qd nō maius opus **Alexāder**
 exiſtimāſſet inſtituere partū imperiū q; magnū cōparaſſe. **Et** cum
 de adulter legē tuliſſet: quā ſanxerat: quo pacto rei iudicādi ac de-
 prehenſi puniendi eſſent: deinde ira lapſus adoleſcētē qui de **Iulia**
 eius filia eſſet inſimulat^o: percuteret manib^o: **Cū**q; ille reclamaret:
 legē tuliſti **O** **Caſar**: ita poenitētia ductus eſt: ut diem illū coenam
 omiſerit. **Rurſum** cū **Gaium** ex filia nepotē in **Armeniā** mitteret:
 optabat ab dijs immortalibus: ut **Pompeij** beniuolentia & audē-
 tia **Alexandri** ac ſua ipſius deinceps fortuna illi contingeret: **At**q;
 eū ſe **Romanis** imperij ſucceſſorē dicebat relicturū: qui nunq; his **Tiberius**
 eadē de re cōſultaſſet de **Tiberio** loquēs. **Itē** cū iuuenes illos qui in
 cōſultatione tumultuare nē: inſtituere uellet: nec attēderēt: ſed tur-
 bulentius potius clamarēt: **Audite** inquit iuuenes ſenē: quē iuue-
 nē ſenes audiebant. **Præterea** cū **Athenienſiū** populus quippiā ad
 uerſus eū deliquiſſet: ſcripſit ex ægina putare ſe ſuā illis irā obſcu- **Aegina**
 rā nō eſſe: nō em̄ æginæ hyematurū ſeſe: aliud uero his nihil neq;
 dixit neq; fecit. **Ad** hāc cū unus ex **Eurydis** accuſatoribus temere **Eurycles**
 atq; petulanter libertate dicendi ad cōuitiū utereſ: ac inſolentius
 efferreſ: hmōi quiddā locut^o eſt: **Si** hāc tibi **Caſar** aut uident^o ma- **Caſar**
 gna: iube is mihi reddat ſeptimū **Thucydidis** uolumē. **Quare** **Cæ-**
 ſar iratus eū abigendū iuſſit: **Sed** cū didiciſſet ex poſteris **Brasidæ**
 hūc eſſe reliquū: hominē accerſiuit: caſtigatūq; modice dimiſit. **At**
 cū **Piſo** ædes a fundamentis ad totū uſq; tectū accuratiſſime ædi- **Piſo**
 ficaret: bono me animo lætoq; inquit facis: qui ita ædificas: tanq;
 perpetua **Roma** futura ſit. **Roma**

Frāciſci **Phileſi** **Apophthegmatū** **Plutarchi** **Cheronēſis**: ad **Tra-**
ianum **Caſarē** e græco in latinū traductio: **Fœliciter** **Explic.**